




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
16 C
28

HISTORIA PLANTARVM ET VIRES EX DIOSCORIDE, PAVLO AEGINETA, Theophrasto, Plinio, & recẽtioribus Græcis, iuxta elementorũ ordinẽ.

PER CONRADVM GESnerum Tigurinum.

Adiecta ad marginẽ nomenclatura, qua singulas herbas officinæ, herbarij, & vulgus Gallicum efferre solent.







PARISIIS
Apud Odinum Petit, sub Lilio aureo,
1541.

mor.

HENRICO BILLINGO

~~Conradus Gesnerus.~~

S. D.

EGO QVIDEM satis gnarus, Henrice charissimè, in quibus quantísq; negotiorũ hoc imprimis tempore verseris, haud temperare tamẽ mihi potui, quin qualicunq; tandem indicio meum in te amorẽ, qui hactenus pectore latuit, palàm profiterer. Quod cũ in præsentia qua fieret alia ratione non haberẽ, quod habui solum, superioribus diebus plantarũ mihi congestam historiam ad te mittere volui. Aequissimũ enim tibi vt ascriberetur existimaui, non modò tuorũ erga me officiorum nomine; quãuis id maxime: sed etiam quod cum studiosorum omniũ amator & admirator sis vnicus, occasionem tibi quoq; sine meliorum literarum lectione vllam effluere nõ patiaris, comprimis quidem sacrarum, post quas, vt nec alios bonos authores, ita neque medicos inspicere aliquando piget. Accessit alia causa hæc tibi nuncupandi, vt si luctu nimio premerêre tristioris sortis, qua te tuósq; per familiæ vestræ funera nuper exerceri Deo visum est, iucũdiore hoc, si possem, argumẽto, inde auocarem. Huc facit etiam fortuna tua (quam hîc non vt vulgus, sed prouidẽtiæ

diuinæ œconomam, seu promã condámque accipio) quę cũ tibi hortos & prædia donauerit amplissima, simul agriculturæ & plantarum studiũ iniecit, quo quidẽ ipso inter negotiosa huius vitę studia, vix dici vllũ potest bonis viris coniunctius familiariúsq;. Philosophi quidem inter alia liberalis animi signa recẽsent, animalibus delectari, pręcipuè pulchri quippiã mirandíq; habentibus, idq; iucunditatis solum gratia. Ego verò longè magis collaudauerim, qui pulcherrimis plantis ac peregrinis oblectantur. Nam & liberalitas in huiusmodi existit, qui dum non suæ, sed cõmunis vtilitatis rationem habent, sumptibus nullis parcunt, vndecũq; terrarum plantis peregrinis, pulchris, admirandis, iucũdis, salubribus, arboribus, fruticibus herbis ex alieno orbe magno studio, magnis sumptibus conquisitis, ornando ditandóque nostrũ. Sed iam nostrę plantarũ historiæ, vel potius tuę, rationẽ tibi explicabo. Cũ superioribus mensibus suauissimã patriam Tigurũ inuisissem, salutandi gratia semel atq; iterũ doctissimũ virũ Christophorum Clauserũ vrbis nostræ archiatrum accessi. is cum varia colloquentibus nobis, medicinæ studiosis rem vtilem facturũ diceret, si quis simplicium medicaminum è Dioscoride quidem descriptiones, facultates autẽ ex Aegineta cõscriberet: placuit mihi tum id cõsilii, & iam prius in mentem

ſæpe venerat. Mox igitur non hoc ſolũ præſtare conatus ſum, ſed ordinẽ alphabeti ſecutus, reliqua etiam Simplicia adieci, quę Dioſcoridi omiſſa in frequẽti ſunt ac celebri huius temporis medicorum vſu, barbaris monſtrata primũ, & à recentioribus Gręcis in ſuã linguã transfuſa, à quibus ego huc tranſcripſi, doctiſsimi viri Ruellii interpretatione plerunq; vſus. Fuit autem pręcipuũ ſcribendi inſtitutũ, vt ſtudioſi medicinæ enchiridion haberent circumlatu facillimum, etiam ruri, Dioſcoride quem antehac circũferebant, breuius, melius, locupletius, & quoniam ordinatim ſcriptum commodius, laborioſo inquirẽdi tædio vacans, mole nulla, nõ omiſsis multis aliis pręclaris apud Arabes medicinis ſimplicibus. Melius autẽ dixi, quod ex Agineta plerunq; (qui Galeni compendiũ eſt, aut vt alii loquuntur, ſimia) nonnunquam ex ipſo Galeno, aut Aëtio facultates aſcripſerim in genere primas, ſecundas, & tertias, vt illi vel omnes vel aliquas tantum memorauerunt. Hoc autẽ, priores dico & vniuerſales ceu particulariũ virtutum fontes quoſdam deſcribere, rationalis tãtum artificis eſt: particulares verò tradere, magis empirici. Pręterea ex his quidem generalia inuenire difficillimũ: ex generalibus verò alias omnes inde manantes, cuiuis exercitato in Galeni methodo facile fuerit. Porrò hic ſolum plantarum hi-

ſtoriam mitto, vt quàm minimùm ſit enchiridion,& ruri præcipuè commodiſſimũ. Mittam proximis diebus reliqua etiam, quę pręter plãtas ſunt ſimplicia. in Marginibus Germanica, ſicut Græca, non addidi, quod aliũ, vt noſti, ex profeſſo ſcripſerim librũ de plantarum nomenclaturis, noſtra, Gallorũ, Græcorum, & Romanorũ linguis, ſed nudis nominibus abſq; viriũ & ipſarum deſcriptionis hiſtoria. Liberet de aliis pluribus in primis vero pulcherrimi liberaliſsimiq; plantarum ſtudii laudibus te affari, niſi vitio mihi dandum metuerẽ, quod breui libello promiſſo longiorem quàm pro eius portione, neq; de neceſſariis rebus epiſtolam pręfixiſſem: quãobrẽ nihil amplius addam, quàm vt animo, quo ſoles omnia, candidiſſimo his acceptis à Conrado tuo mortaliũ omnium tui amantiſſimo, maiora in poſterũ expectes. Vale. Chriſtus Opt. Max. te cum grauiſsimo viro patre tuo in Reipub. & bonorum ſtudiorum ſalutem, incolumem quàm diutiſſimè tueatur. Iterum vale. Lauſannæ. ix. Auguſti.

INDEX.

A

FINIS.

HISTORIA PLANTARVM ET VIRES EX DIOSCORIDE, PAULO AEGINETA, THEOPHRASTO, PLINIO, & RECĒTIORIBUS GRAECIS, IUXTA ELEMENTORUM ORDINEM.

PER CONRADVM GESSNERUM TIGURINUM.

A

ABROTONVM duorum est generum: fœmina, quadam arboris specie fruticans, candicat, circum ramulos foliis, seriphi modo, minutim incisis. floribus referta est, comantibus in summo, fulgore auri, corymbis. quod per æstatem prodiit, suauiter olet, cũ grauitate quadam & amaro gustu. id genus Siculum esse cõstat. Alterum mas vocatur, sarmentosum, gracilibus ramulis vti absinthium. Plurimũ in Cappadocia gignitur, & Galatia Asiatica, atq; in Syriæ Hierapoli. Aegineta, Calefacit & siccat in tertio abscessu, digerendi incendiq; facultate preditum, modicè enim astringit. to-

ἀβρότονον. Cypres. Auron

ti corpori cũ oleo infricatũ rigores circuitu remeantes persanat. Stomacho inimicũ est. Crematũ eo magis siccat, quod ignem haud expertum est. Alopecias sanat cũ aliquo tenuium partium oleo.

ἀψίνθιον aluisne

ABSINTHIVM, aliqui bathy picron, herba vulgò cognita. Præstantius in Ponto & Cappadocia, in monte Tauro nascitur. Aegineta. Cal. 1. sic. 3. Astringit cum amarore acrimoniáque. Humores ventriculi biliosos aluo & vrina pellit: quibus autem pituita redundat, eos propter astrictionẽ nihil iuuat. Succus ipsius, herba multo calidior est.

σερίφιον Barbotina & mors de vers.

ABSINTHIVM marinum, quod aliqui seriphum vocãt, copiosissimum in Tauro monte, iuxta Cappadociam, & in Taphorisi Aegypti gignitur, quo Isiaci pro oliuæ ramo vtuntur. Herba est tenuis, abrotoni parui similitudine, referta minutulis seminibus, subamara, stomacho inimica. Ea grauiter olet, & cũ quadam calfactione adstringit. Tertium genus absinthio assignatur, quo Gallia alpibus finitima scatet: id patrio nomine Santonicum vocant, regionis in qua nascitur cognomento, absinthio non dissimile, verum subamarum est, non adeò seminis fœcundum. Eadem quæ seriphium potest. Aegineta, Seriphium calefacit 2. siccat 1. Consimile absinthio, minus tamen eo astringit, magis calefacit. animalia vẽtris oc-

cidit, mediocriter stomacho aduersatur. ἀκακαλ-

ACACALIS fructus est nascentis in Ae- λίς
gypto fruticis, seminis myricæ quadã tenus similis. Aegin. Eius dilutum collyriis claritate oculorum efficacibus miscetur.

ACACIA in Aegypto nascitur spina in- ἀκακία.
star arboris, fruticosa, non se in rectum attollens, florem habet cãdidum, & semen lupino simile in folliculis. ex quo succus expressus siccatur in vmbra, niger ex maturo semine, subrufus ex viridi. Eligatur modicè rufus & odoratus, vt in hac arbore esse potest. aliqui exprimunt ex foliis & semine succum. Manat & gummi ex ea spina. Alterum acaciæ genus in Cappadocia Pontoque prouenit, Aegyptiæ spinæ similitudine, longè minus, tenerius, humile. aculeorũ vallo munitur, folia habens rutæ. semen lenticula minus fert autumno, in loculis cõnexis, ternûm quaternúmve capacib. Succus eius adstringit virib. inferiorib. & ocularib. medicamẽtis inutilis. Aegineta. Sic. 3. frig. 1. elota autem 2. Acerba & terrestris est.

ACANTHIUM albę spinę simile, foliis acu- ἀκάνθιον
leatis per extremitates, & lanugine araneosa obductis. ex qua collecta & neta vestes bõbycinis similes texũt. Folia vel radices ad remedia opisthotoni bibuntur. Aeg. Calidę naturæ, & tenuiũ partiũ est. Conuulsis auxiliatur.

ACANTHUS, Rom. pæderotã vocãt. nasci- ἄκανθος.

brancha vrsina tur in hortis, petrosis, & riguis. folia habet multo lactucaceis latiora, & longiora, crucæ diuisura, nigricantia, pinguia, læuia: caulem binûm cubitorũ, digitali crassitudine, læuẽ, prope verticem ex interuallis circũdatum foliolis, ceu nucaméta quædam oblonga referentibus, spinosis: è quibus flos prodit albus, semen oblõgum, luteum: caput thyrsi specie. radicibus nititur longis, mucosis, rubris, & glutinosis. Nascitur & syluestris acanthus, scolymo similis, aculeatus, breuior quàm satiuus, & is qui in hortis prouenit. cuius radix ad eadem ad quę superior efficax. Aeg. Alii à nigro foliorũ colore melamphyllon appellaut. discutit & siccat.

erable * ACER arbor est tiliæ nõ absimilis forma & magnitudine, verùm cortice paulo scabriori, subliuidóque, crasso, & flecti cõtumace. Radicib. paucis, sublimib. crispis. materie venis longiorib. fluctuante, molli, maciléta, gracili. Summa soli facie gaudet, faciléq; capessit incrementum, in riguis potissimũ. De flore nasci aiunt fructũ paliuro similem, verum oblongiorem. Reperiũtur hac in arbore duo tubera, vnũ brusci nomine, intortius, crispũ: alterum molusci, sparsum, simplicius, sed excellentius priori. Aceris montanũ genus crispius duriusq; est, etiamnũ è mascula crispius ad lautiora opera. De campestri, id est, gallica, & zigia, id est, caprino alibi loquemur.

Aceris radix contusa iocineris doloribus vtilissimè imponitur.

ACHILLEA, quibusdam Achillea sideritis, dodrantales aut maiores gerit scapos, fusorũ effigie, quasi minutulis foliis circũdatos, crebris in latere foliorũ sectionibus, coriandri similitudine, subfuluo colore, odore multo nõ insuaui, medicato & glutinoso. vmbella in cacumine rotũda, floribus candidis, purpureis, & aurũ ęmulantibus. prouenit læto solo. Aeg. Consimilis est sideritidi Heracliæ, sed magis astringit, eóque fluidis affectibus conuenit. ἀχιλλεία mille-feuille

ACINOS, aut acanos à Gręcis dicitur, tenui siccoque ramulo herba, ocimo similis odorata, sed hirsutior. qua coronę factitantur. à nonnullis olitoribus colitur. Aegin. Mẽses & aluum pota sistit. illita ignemq́; panos sacrum sanat. mediocriter astringit. ἄκινος

ACONITON, aliqui pardalianches, alii cammoron, alii thelyphonon, alii myoctonon, alii theriophonon vocãt. folia habet cyclamini, aut cucumeris, tria aut quatuor, minora & subhirsuta, caulẽ palmo altum. radix scorpii caudam æmulatur, & alabastri modo splendet. Torpescunt, vt fama est, scorpiones admota radice, stupentq́;. qui rursum hellebori contactu, excitantur. oculorum medicamentis leuandi doloris gratia adiicitur. enecat pantheras, sues, lupos & feras omneis in ἀκόνιτον

luparia carnibus obiectum. Est & alterum aconitum, quod aliqui cynoctonon, alii lycoctonō appellant. Huius genera sunt tria. vnum, quo vtuntur venatores: alia duo in vsum suum vertere medici. è quibus tertium, quod Ponticum nominatur, plurimum in Italia, mōtibus Iustinis exilit, à priore distās, quoniam folia faciat effigie platani, crebriore diuisura, longiora, & multò nigriora: caulem filicis, læuem stylum, cubitali altitudine, aut ampliorem. semen in siliquis oblongis recondit. radices in modum squillæ marinę cirrorum nigrescunt. Quibus ad venationem luporum vtuntur insertę siquidem crudis carnibus, & deuoratę, lupos enecant. Aegineta. Aconitum, pardalianches exedentem lethalemque vim habet, quàm ob causam intro nō assumitur: extrinsecus tamen in carnibus quas exedi oporteat, vti licet. Lycoctonon similes vires sortitū, priuatim lupos, vt illud pantheras enecat.

ἄκορος. Flamme batarde, ou glaieul de riuiere ou de marres.

. ACORVM folia iridis habet, angustiora tamen: radices non dissimiles, complicatas, non in rectum sed obliquum actas, & summo cespite sparsas, geniculis interceptas, albicantes, gustu acres, odore non ingratas. Optimum est densum, candidum, plenum carie, non exesum, odoratum, cuiusmodi Colchidicum & Galaticum, quod aspletion dicunt, Aegineta. Calefacit, siccat 3. Radice ad

ciendam vrinam lienémque induratum vtimur. Corneæ oculorum membranæ crassitiem extenuat.

ACVTASPINA, quàm pirinam aut pityanthen aliqui vocant. arbor est pyrastro similis, spinosa valde & minor. baccas profert myrti, plenas, rubras, fragiles, & intus nucleum: radicem multifidam, altè descendentem. Aegineta. Viribus quoque pyro syluestri æqualis est. habet & subtile quippiam coniunctum. Fructus ipsius myrti baccis respondet.

ὀξυακάνθα. Berberis offi. spiniuinetũ rura.

ADIANTON, polytrichon, pusilla gerit folia similia coriandri, in summo incisuris diuisa. cauliculi, quibus exoriuntur, nigro colore nitēt prætenues, palmum alti: radice superuacua: neq; caulem, neq; fructum, neq; florem profert. Seritur gratia vtilitatis pecorum, circa ouilia. Vmbrosis, & palustribus, circa parietum aspergines, & fontium specus enascitur. Aeg. Siccat, extenuat, modicè discutit. Calore ac frigiditate medium est. Alopeciis medetur, tumores digerit, calculos potu cōfringit, reiectiones pulmonis desiccat, alui profluuium sistit.

ἀδίαντον. capillus veneris.

AEGILOPS herbula folia tritici habens sed molliora, in summo capite semina bina ternáve rubra, quibus aristæ quasi capillaceæ exeunt. Aegin. Discutit, indurescentibus inflammationibus, & ægilopi, quæ oculo-

αἰγίλωψ. Aurō ou Coguiole.

rum fistula est, opitulatur.

AETHIOPIS folia habet verbasco similia, perquàm hirsuta densáque, in orbem circa radicem imā redacta caulem quadrangulum, scabrum, similem apiastro, aut arctio, multis cōcauum alis: semen erui magnitudine, geminum, in vno conceptaculo: radices ab eodem cespite numerosas, longas, plenas, glutinosas gustu, quæ siccæ nigrescūt duranturque, vt cornua possint videri. plurima nascitur in Ida monte Troadis, & in Messenia. Aeg. Radicis decoctum potu datur ischiadicis, pleuriticis, & sanguinē excreātib. item faucium asperitates cum melle lenit.

ἀγάλλοχον. Indicū lignū Paulo, offic. lignum aloes, AGALLOCHVM, lignum est quod ex India atque Arabia deportatur, thuiæ ligno simile, maculatum, odoratum, gustu astringens, cum quadam amaritudine, cute verius quàm cortice vestitur, aliquantulū versicolore. Aegineta. Mansum animæ suauitatem commendat. in suffitum adhibetur. Radix eius pota denarii pondere languidum ex humore ventriculum resolutumque confirmat. Iocinorosis, dysentericis, pleuriticisq; opitulatur.

ἀγαρικόν agaric AGARICVM radix fertur laserptii similis, sed facie summa solutior, & rariore fungosoq; tota cōtextu. Duo eius genera. fœmina, quę præfertur, rectis intus venarū discursibus constat. mas rotundus est, & vndique

compactior. Vtrique gustus in initio dulcis, mox in amaritudinē transit. gignitur in Sarmatiæ regione, quæ Agaria dicitur. Sunt qui radicem esse plantæ affirment. alii vt fungos nasci in arborum caudicibus, quadam putredine. gignitur in Galatia Asiæ, & Cilicia, in cedris, sed friabile & infirmū. Ac. Mixta est aërea terrestríque substantia. Vis eius est digerere, & crassos humores incidere. Viscerū maxime obstructiones purgando tollit.

AGERATON fruticosa herba est, palmari longitudine assurgens, simplex, humilis, origano maximè similis. vmbellam gerit in qua flos bullis aureis emicat, elichryso minor. Nomen ei inditum est, quoniā diutissimè flos in sua coloris specie cōseruetur. Vis decocti feruēs. huius vstæ, nidor vrinam cit, & vuluę duritias emollit. Acg. Digerit, & inflammationes modicè arcet. ἀγήρατον

AIVGA herba in terra repens, incurua similis folijs serperuiui minoris, multo tenuioribus, hirsutis & pinguioribus, circum ramos densis, odore pinus, flore tenui, luteo, vel candido: radicibus cichorij. Alterum est genus aiugæ, cubitalibus ramis, in anchoræ speciem incuruatis, prętenuibus, coma supra dictæ: flore candido: semine nigro. hæc etiā pinum redolet. Tertia mas nominatur, paruula, foliis exilibus, albis scabris: caule aspero, cādido: luteis floribus, semine iuxta alas. χαμαιπίτυς Iua seu Iba offi. & herb. muscha. ta.

Resipit & hæc pinum. Hæ duę vim superioris obtinent, sed non vsqueadeo efficacem. Aegineta. Calid.2. sic.3. Purgat & abstergit viscera potissimũ iecur. vrinas mensesq́; trahit. magna vulnera conglutinat. Putrediné expertis medetur, duritias discutit. decoctũ ipsius etiã coxendicũ doloribus salutare est.

ἀλκαία. ALCEA syluestrium maluarũ generi assignatur. folia habens diuisa, verbenacę proxima: caules treis aut quatuor, cortice cannabino vestitos: florem rosę, paruũ: radices albas, latas quinq; aut sex, cum plurimum cubitales. quæ cum vino aut aqua potę, dysentericis ruptísq; medentur. Eadem sunt apud Aeginetam, nisi quod pro ῥήξεις, id est rupta, legitur δήξεις, id est erosiones.

ἀλεκτορόλοφος. Oruale ou toute bonne. ALECTOROLOPHOS folia habet similia cristæ gallinaceæ, caulem tenuem, & semen nigrũ in siliquis. Solidum semen in oculum coniicitur, nec turbat, sed in se caliginem contrahit. Mutat enim colorem, ex nigro albicare incipit, & in tumescit ac exit.

ἄλισμα. fistula pastoris & plãtago aquatic⁹. ALISMA, alii damasonion, appellant, folia ei plãtaginis, nisi angustiora essent, laciniosa, cóuexáq; in terrã; caule simpliciter tenui cubito altiore: capitibus thyrsi: flore tenui, candido, pallescẽte: radicibus, tenuibus, vt veratri nigri, acribus, odoratis, modicè pinguibus, aquosos amat tractus. Aeg. Abstersoriã quãdam vim obtinet, qua calculos conterit,

& per vrinas educit in ventre contenta.

ALYPON surculosa herba est, subrubra: gracilibus ramulis: tenuib⁹ foliis: flore molli, læui, & copioso: radicæ, betæ, tenui, referta acri succo: semine epithymi. gignitur in maritimis, maxime Libyę, quàm largissima. quanquã alibi quoq; plurima prouenit. Aeg. Eius semen bilem atram purgat pari epithymo mensura sumptum cum sale & aceto: veruntamen intestina leniter exulcerat. ἄλυπον. Paulo alypias actuario turbet album.

ALYSSON fruticosa herbula est, vnicaulis, subaspera, rotundis foliis: fructu dupliciũ scutorum effigie, in quo est semen, quadamtenus latum. in mõtibus & asperis locis emicat. Aegi. Quod à cane rabido morsos liberet, sic appellatum est. siccat, discutit, abstergit, renũ meatus aperit: ephelidẽ, quę aspera discolórq; cutis est, exterit. ἄλυσσον. rubia minor offi.

ALLIVM quoddam satiuum atq; hortẽsium habetur. quod in Aegypto, singulari, vt porrum, capite constat: dulce, in purpureum vergens paruum. reliqua verò magna & candida, ex pluribus coagmentantur nucleis, quos aglitas, id est spicas, Græci nominant. aliud est syluestre, quod ophioscorodon, id est anguinum, vocant. Aeg. Calefacit, siccat. 4. Syluestre, domestico valentius est. σκόροδον. Ail.

ALNVS arbos est sterilis, caudice recto, ligno medullaque molli, adeò vt graciliores κλήθρα. Aulne.

virgæ concauentur. folio pyri, ſed ampliore ac neruoſiore, quadamtenus orbiculato virgatóque. Cortice ſquaroſo, foris albicante, intus rufo, qua de cauſa coria tingit. fructu nullo, cũ nihilominus floreat. Radice ſumma, nec quàm laurus maiore, tenui. in plana deſcendit, aquoſiſque gaudet, quanquam an cipitem agat vitam. Infœlix habetur ceu ſco pis tantum nata: verum ad naualia quoque materies eius commẽdatur. Non poteſt extra terram paulum tẽpus edurare, ſed in humore obruta permanet ad diuturnitatem. Suppurationes folia diſcutere tradunt.

ἀλόε. perroquet & ſẽperuiuũ marinũ

ALOES folium ſcillæ ſimilitudinem habet, craſſum, pingue, modicè latum, rotundum, retrorſus pandum, folia vtrinque gerit ex obliquo ſpinoſa, rariuſculè ſtriata, breuia & curta. caulis emittitur nõ diſſimilis antherico: flos albus: fructus haſtulæ regiæ cognatus. graui tota eſt odore, & guſtu amariſſ. radice vna, ceu palo, in terram depacta. Plurima præpinguiſque in India gignitur, ex qua coactus ſuccus adfertur. Naſcitur etiã in Aſia & Arabia, in locis quibuſdã maritimis: & in inſulis, vt in Andro. non valdè ſucco extrahendo idonea, ſed ad glutinanda vulnera ſanè quàm vtilis ſi detrita illinatur. Duo ſucci genera. quoddam arenoſum, quod ſedimentum puriſsimè eſſe videtur. alterum ad iocinoris imaginẽ vergit. Eligi debet boni odo-

Caballinũ offic. ſuccotrinum.

ris,sincera,quæ nihil doli sensit,nitida,calcu lorum expers,rufi coloris,friabilis,ac iocino ris modò coacta,facile liquescens,eximię amaritudinis.improbatur nigra & fractu con tumax.Gummi eam adulterant.quod depre henditur gustu,amaritudine,& valido odore:eoq; argumento, quòd digitis friata non ad minima vsque frusta resoluitur. Nec desunt qui acaciam immisceant.Aeg.Gal.1.fic. 3.Stomacho vtilis est.abstergit,discutit. Ven tris excrementa subducit. Lota quidem deter git minus,sed magis stomacho cōfert, & inflammationem prohibet, vlceribus cicatricē inducit,præsertim sedem & naturalia infestantibus.

ALOPECVROS specie tota similis est tritico,verum folio latiore.spica plantaginis hirsuta,molli,lanugine densa,nullis acerib⁹ aut aristis armata,nō dissimili vulpium caudis,vnde ei nomen.Radix est articulata, ex cuius nodis emicant folia pinnata. ἀλωπέκουρος frumētū caudatū

ALSINEN, aliqui anthyllion,nonnulli myos ota vocant,quoniam musculorum aures folia imitantur. Lucis opacisque gaudet, vnde alsine dicta est. Hæc erat eadem quæ helxine,nisi humilior esset, & folijs longioribus,nec hirsuta. cum teritur,odorem cucu mis reddit. Aeg. Refrigerat & humectat vt helxine,ad feruentes inflammationes vtilis. ἀλσίνη mouron.

ALTHAEA, quam alij ibiscum vocant,

ἀλθαία. Maulue sauluage offic. bismalua, vulgo maluaui sce & gui maulues.

in syluestrium maluarum genere est, cui folia vt cyclamino, rotũda, lanugine canescũt: flore rosaceo: bicubitali caule: radice lenta, intus alba Althęa appellatur, quòd inter primas sit vtilis, & pluribus polleat remediis. Aeg. Discutit, laxat, inflammationẽ abigit, lenit, phymata concoquit. Radix & semẽ reliqua sanè intẽsa habent, & vitiligines quoq; abstergũt. Prętєrea semen calculos cõfringit.

ἀμβροσία. Hęc est herbariorum est polemoniũ non ambrosia.

AMBROSIA tenuis frutex est, ramosus, trium ferè palmorum: foliis rutæ, circa imũ caulem exiguis. cauliculi seminibus, perinde quasi racemulis grauidi, qui nunquam florẽ pariũt, odore vinoso, suaui, radice tenui, sesquipedali. Coronãtur ea Cappadoces. Aeg. Vis eius reprimere ac repellere, & illitu adstringere humores, qui in aliquam partem incumbunt.

ἄμμι. offi. ammeos.

AMMI, Aethiopicum cuminum appellant. Plerique hoc natura diuersum esse ab illo existimant. Vulgò notum est: semen exile multo minus cumino, origanũ resipiens. Eligendum est purũ, minimè surfurosum. Aegineta, Calefacit, siccat 3. Particulas habet tenues, discutit, vrinam mouet, pręcipuè semẽ.

ἀμμωνιακον Gumme ammoniac.

AMMONIACVM ferulę succus est, quã iuxta Cyrenen Aphrica gignit, cuius fruticẽ cum radice agasillim vocant. Probatur bene coloratum, ligni & calculorum expers, thuris similitudine, minutis glebis, densum, sin-

cerũ,nulla ſorde ſpurcatum, caſtoreũ odore imitãs, guſtu amarũ. hoc genus thrauſma,id eſt,friaturã appellant:quod verò terrã & calculos collegit,phyrama.gignitur in Aphrica iuxta Ammonis oraculum,ſuccum,ſtillante ferulacea arbore. Aeg. Adeo mollit vt ſcirros & tophos diſcutiat.

AMOMVM, exiguè fruticat,ex ligno ſe cõuoluẽs in racemi modũ:flore,ſeu cãdidę violę,paruo:foliis vitis albę ſimilibus. Laudatur q̃ maximè Armeniacũ, fuluo auri colore, ligno ſubrufo,valde odorato. Medicũ,quoniã in cãpeſtribus & aquoſis enaſcitur,infirmius eſſe conſtat. Eſt autẽ magnũ,ſubuiride,tactu tenerũ frutice venoſo,odore origani. Ponticũ verò ſubrufum, paruũ,fragile, racemoſũ, fructu turgẽs,& odore nares feriẽs. Deligito recẽs,candidũ vel ſubrubrũ, quod nec aſtrictũ cohęreat, nec cõuoluatur: ſed ſolutũ diffundatur, ſeminis plenũ, vuis paruis ſimile, graue,odoratũ,modò cariẽ non contraxerit, acre,guſtu mordens,ſimplici colore nõ euariãte. Adulteratur herba amomo ſimili, quæ amomis vocatur,ſed ſine odore, ſine fructu. naſcitur in Armenia,flore origani. Quare in huiuſcemodi probationibus fragmenta fugienda ſunt: eligenda autem quæ ab vna radice integros ſurculos emittunt. Aeg. Acoro virtute reſpondet,minus eo tamẽ ſiccat,ampliúſque maturat.

ἄμωμον] non eſt offic. pes colũbin.

ἀμπελό-πρασον. porreau, ou ail sauuage, aux vignes

AMPELOPRASVM stomacho magis aduersatur. & plus porro excalfacit. vrinã & menses vehementius ciet. id contra serpentiũ morsus esse conuenit. Aeg. Porrum hoc syluestre acerrimum calidissimumque est, exulcerat, incidit, viscerum meatus recludit, stomacho inimicum.

ἀμύγδαλα Amãdes.

AMYGDALA quæ quidem amara sunt extenuant, viscosos crassosque humores altius hęrentes meatus recludendo educunt, tũ in cutem erumpentes abstergunt. Arbor eandem vim repræsentat. At dulcia amygdala moderato calore donata sunt. Aeg.

ἀνακάρδιον. Anacardi offici.

ANACARDIVM recentiori Græciæ, nam vetus non meminit huius, arbor est Indis familiaris. prouenit quoq; in Siciliȩ montibus, qui flammas ignis eructant, fructu auiculæ corculo non dissimili, vnde nomen putatur inditum: rubente intus cruore, quo veluti sanguine scatet. Calidum. sic. 3. Memoriæ iacturam resarcit. Labantes sensus refricat. Mentem exacuit. morbis cerebri, quos frigida vel humida causa attulerit, opitulatur. Neruorum resolutioni auxilio est. Sanies quæ in fructu condita manet, verrucas delet, cæterũ cuté exulcerat. Scabiem vsu creat. Iuuenibus & biliosis ob caloris vim eo interdicitur.

ἀνάγαλλις

Duo ANAGALLIDIS genera, quæ tãtum flore distant. nam quȩ cæruleo flore est, fœmina

fœmina dicitur: mas, quę phœniceo. frutices sunt parui, in terra iacẽtes, folijs in quadrangulo caule pusillis, subrotundis, ad helxinę folia accedentibus: semine rotundo. Aegin. Vtraq; vim habet abundè abstergentẽ, subcalidam & attractricem nonnullam, vt etiam aculeos euellat. Succus naribus instillatus caput purgat. Morgelĩ ne non mouron ou pauerine.

ANAGYRIS, frutex est arboris instar, grauis odore: folijs agni, virgisque: flore brassicæ. semen in corniculis non breuibus gignit, subrotundum, firmum, versicolori facie, simile renibus, quod durescit vua maturescente. Aegineta, Acris est, calefacit, discutit. Semen tenuiorum partium, & vomitui ciendo est. ἀνάγυρις boispuãs

ANCHVSA, quę alio nomine calyx, aut onoclia appellatur, folia habet lactucæ in acumen fastigiata, hirsuta, aspera, nigra, multa, quoquouersum humi, spinis horrida: radici crassitudo digitalis. quę æstate prouenit manus inficit sanguineo colore. læto solo nascitur. Est & altera, quam aliqui alcibiadion, aut onochiles appellarunt. hæc à priore distat, quod minora habeat folia, sed simili modo aspera: ramulos exiles: florem purpureum in puniceum vergentem: radices rubras, oblongas, quæ meßibus sanguineum succum fundunt. in sabulosis nascitur. Est & alia huic haud dißimilis, semine puniceo, ἄγχουσα Orchanette.

minore. Aegineta, Onocleæ radix astringendi vim habet, & qúiddam subamarum, ad lienis renumque dolores efficax. Cum polenta illita erysipelatis succurrit. Folia radice minus refrigerant desiccantque, ad alui profluuium bibuntur. Onochelos seu alcibiadios medicatior quodammodo, viperarum morsibus succurrit in cibo potúque, & alligata. Tertia reliquis breuior sine nomine fere, amarior alcibiadio. Latis alui lumbricis instar acetabuli pota benefacit.

ANCHVSA lycopsis alio loco sequetur.

ἀνδρόσακες. ANDROSACES herba est amara, tenues spargens iuncos, sine foliis, folliculos in capitulis habens, in quibus semen continetur. gignitur in Syriæ maritimis. Aegineta. Amara & acris est, discutit, siccat. Vrinam potu promouet vel herba, vel ipsius fructus.

ἀνδρόσαιμον. ANDROSAEMON ab hyperico, ascyróque differt, quòd fruticet ramulis surculosis, ac tenuibus: rubentibus virgis: & foliis rutæ, triplo aut quadruplo maioribus, quæ trita vinoso succo manant. complureis alas habet in cacumine, vtrinque expansas, pinnatasque: circa quas, flores pusilli, lutei: & in calyculis semē papaueris nigri, insigne lineis. Aeg. Androsæmon genus alterum ascyron, vel ascyroides nominatur specie hyperici, al

terum dionysias. fructus ipsorum pürgat, folia autem magis desiccant.

Duo ANEMONES genera, vnum syluestre, alterum in cultis nascens. Cuius multæ tæ species. vna phœniceum florem profert: altera candicantem, aut lacteum, aut purpureum. harum folia coriandro similia, tenuioribus propè terram diuisuris, caules lanuginosi, tenues, in quibus flores, vt papaueris, & in medio capitula nigra, aut cærulea: radix oleæ magnitudine, aut amplius paulo grandescit, ferméque geniculis quibusdam cingitur. Syluestri amplitudo prorsus maior, latioráque folia, & duriora: oblongius caput: flore puniceo, tenuibus, & multis radicum capillamentis. Acrior est quæ nigra habet folia. Sunt qui errore ducti, argemonen nominari eupatorium putét: quoniam à syluestri anemone, argemonen & papauer quod rhœada appellant, de quo inter papaueris genera referemus, propter colorum cognationem in floribus, distinguere non possunt. verum papauer & argemone colore minus saturato spectantur, & vtraque tardius floret. quinetiam argemone croceum succum, gustu admodum acrem, reddit: rhœas verò candidiorem & acrem. insuper anemone & rhœadi capitula syluestris papaueris similia insunt. sed in anemone supernè crassiusculũ, in rhœade subangustius. Anemones ge

ἀνεμώνη. herbe au vent. eius flores, coqueles & coquelourdes.

nera nec ſuccum remittunt, nec calyces habent, ſed quaſi aſparagi cacumen. in aruis illa ſæpiùs enaſcuntur. Aegineta, Anemonæ omnes vim habent acrem abſterſoriamq́;, ex-extrahunt, ora vaſorum recludunt, pituitam per hos purgant, lepras tollunt appoſitu, & lactis faciunt vbertatem.

Paſſe-fleur. Anemone, apud Theophraſtum, flos corónarius ſylueſtrium bulborum, poſt Narciſſum vere exit.

ἄνηθον. Anet. ANETHVM calefacit & exiccat in ſecūdo ordine intenſo, ſiccat paulo remiſsius, qđ in oleo excoctum digerit, dolorem ſopit, ſomnum cōciliat, & crudos tumores maturat. Vſtum tertij calefacientium ſiccantiumq́; ordinis efficitur, humentibus vlceribus vtiliter illinitur. Viride quoniā humidius minúſq; calidum eſt, non ita maturat.


ἄνησον. Anis. ANISMM melius ſemper recens, plenū, non furfuroſum, odore præſtans. inter prima laudatum eſt Creticum, proximo loco Aegyptium. Aegineta, Eius ſemē acrius eſt. Cal. ſic. 3. hinc & vrinam mouet, & flatus diſcutit.

ἄνωνις. Arreſte beuf, ou bugraue & bugrāde. ANONIS, quam aliqui ononida appellant, ramos habet fruticoſos, dodrante maiores, frequētibus geniculis cinctos, cauis alarum multis, capitibus rotundis, foliis lenticulæ, puſillis, ad rutæ aut pratenſis loti folia accedentibus, ſubhirſutis, odoratis, non

iniucundè olentibus. Muria conditur, antè quàm ſpinoſa fiat.cibis gratiſsima. rami acu tioribus ſpinis,& veluti ſpiculis firmioribus horrent. radicem mittit candidam. quæ excalfacit, & extenuat. Aeg. Succus cum vino potus vrinam ducit, calculos cōterit,cruſtas rumpit,& dentes mitigat.

ANTHEMIDIS genera tria, tantū flore diſtantia: rami dodrantales, fruticoſi,alis multis concaui: tenuibus foliolis,paruis,numeroſis:rotūdis capitulis: floribus in medio aureis, forinſecus orbiculato ambitu candidis,melinis,aut purpureis,magnitudine foliorum rutę. naſcitur in aſperis,& iuxta ſemitas.Colligitur vere.Ex omnibus his generibus ad calculos efficaciſsima eſt quæ florem purpureum habet,cuius amplitudo maiuſcula eſt.hanc propriè heranthemon vocant.Ea cui leucanthemo nomen eſt,item quæ chryſanthemon dicitur, vehemētius vrinā ciunt. Aegineta,Calefacit ſiccátque in primo ordine.Virtute tenui,diſcuſſoria, laxanti,& odorata conſtat. ἀνθεμις, Nielle.

ANTHYLLIS duplex eſt.quædā enim lenti ſimillima,foliis mollibus, rectis ramulis,palmi altitudine:radice parua,tenui.Naſcitur in ſalſis terris, & à ſole illuſtratis, non inſulſo guſtu. Altera eſt foliis ramulisq; aiugæ ſimilis,hirſutioribus tamen, breuioribus & aſperioribus: flore purpureo, odoris ad- ἀνθυλλίς Salſola & ſel alkali



modum grauis:radice cichorii. Aeg. Vtraq; vlcera persiccat. Quę verò chamępityi respõdet, tenuior est, comitialibus competit, efficacius abstergit.

ἀντίῤῥινον Oil de chat ou moron violet.

ANTIRRHINON, alii anarrhinon vocant, herbam caule & foliis anagallidi similem: flore albę violæ, purpureo. ideoq; syluestris anagallis nominata est: semine vituli narium simili. Aeg. Persimilem Inguinarię siue Asteri Attico vim obtinet, sed minus efficacem. itaque ex illo hoc quoque cognosces.

ἀπαρίνη. Grateron offi. aspgula, & ruella.

APARINE ramis multis & paruis fruticat, asperis, quadrangulis, per interualla orbiculato foliorum ambitu, vt in rubia. flos albus: semen durum, rotundum, concauum, album, vmbilici figura, asperitate vestiũ tenaci. Ea pastores coli vice vtuntur, ad eximẽdos è lacte pilos. Aeg. Hanc alii philanthropon, alij omphalocarpon appellant, modicè abstergit & desiccat, aliquam partium tenuitatem habet.

ἀφάκη. vesse saul uage.

APHACA in aruis nascitur, altior lente, tenuibus foliis. siliquas lẽticula maiores fert, in quibus terna quaternáve semina nigra, lẽte minora, continẽtur. Aeg. Lenticulæ modo astringit: sed manducata ęgrius cõcoquitur, valentius siccat, mediocriter calefacit.

μελισσόφυλλον. Me lisse.

MELISSOPHYLLON siue melittęna, id est, apiastrum, id sibi nomen vsurpauit, quoniam apes ipsa herba delectantur. cauli;

culi & folia ballotæ, de qua paulo antè diximus, similia essent, nisi maiora, tenuioráq; nec ita hirsuta spectarentur. citreum malum olent. Aeg. Viribus marrubio per omnia respondet, sed multo infirmius est. quanquã nõ sit hoc apiastrũ Ruellio

APIOS iuncos duos siue tres spargit, rubros, tenues, qui à terra parum attolluntur: foliis rutę, oblongioribus tamẽ, & angustioribus, herbaceis: semine paruo, radice hastulæ regiæ, in formã pyri turbinata, rotundiore tamen, succi fœcunda, intus habet corpus candidum, extrà cortices nigros. Superior pars eius vomitione bilem pituitásque extrahit, inferior per aluum. tota vtrinque purgationes mouet. (Aegineta. non meminit.) ἄπιος, ἰσχὰς.

Hortensis APII herba ad eadem ad quę corianum conuenit. Aeg. Tanti caloris est vt vrinas & menses eliciat. flatus discutit, præsertimque eius semen. σέλινον. Persil.

APOCYNON, siue cynocrãbe, brassica canina, frutex est paruis viticulis constans, male olentibus, lentis, vitiliúmque modo obsequiosis, fractu ferè inuictis: folio hederæ, molliore tamen, & per extremum acutiore, lento, graui odore. id luteo succo turget. Siliquæ, ceu fabarum, folliculari specie, digiti lõgitudine protẽduntur: semine intus albo, duro, paruo. Folia cũ adipe in panes coacta, canes, lupos, vulpes, & pãtheras enecãt ἀπόκυνον

in cibo data, & protinus eorum coxendices resoluunt. Aeg. Dicitur & cynomoron quod celerrimè canes enecet, homini etiam venenosa. Calida citra ſiccitatem eſt, vnde etiam digerendi facultatem illita repæſentat.

ὑοσκύαμος. Apollinaris lat. officiusqʒ. me ou habanebane.

HYOSCYAMVS, frutex eſt caules emittens craſſos: folia lata, oblonga, diuiſa, nigra, hirſuta. flores è latere caulis, ordine prodeunt, tāquam punicorum cytini, ſcutulis ſepti ſeminum plenis, vt papaueris. Tres eius differentiæ: vna ſemine nigro, floribus penè purpureis, ſmilacis foliis, cytinis præduris, & ſpinoſis. alterius ſemen ſubflauū, vt irionis: flores lutei. folia, & ſiliquæ ſimpliciores. ambo inſaniam gignunt & ſoporem, ideo in communi vſu damnātur. tertium genus, vt quod mitiſſimum eſſet, medici recepere, pingue, lanuginoſum, molle, candidi floris ſeminiſque, in maritimis ruderibusque naſcēs, cuius occaſio ſi non adſit, rufum vſurpari oportet. niger, vt deterrimus, improbatur. Aeg. Quorum ſemen nigrum aut flauum eſt, venenoſa ſunt. accommodatiſſimū verò curationibus quod & ſemen & florem candidum habet ex tertio refrigerantium ordine.

APPENDIX ſpina Plinio dicitur, quoniā baccę in rutilo colore pendeant, appendicéſq; vocentur. Hæ crudæ, per ſe, & aridæ in vino decoctæ aluū citant, & tormina compeſcunt. (Pro citant melius legetur citam.

ARABIS eadem quæ Draba. κόμαρος

ARBVTVS siue vnedo arbor est cotoneæ malo nõ dissimilis, tenui folio. cuius fructus pruni magnitudinẽ implet, nullo intus nucleo. huic memæcylo cognomen est. maturus aut flauet, aut rubescit. in esu acerosus. Aegineta. Stomacho aduersatur, capitisque dolorem mouet. acerbæ qualitatis est & arbor, & fructus. Pomme de bochet ou de boys

ARTION, aliqui potius arcturon vocant, similis est verbasco foliis, nisi quòd hirsutiora & rotundiora sunt: caule longo, molli: semine cumini, paruo. radice tenera, alba, dulcíque Aeg. Vis eius est tenuis, siccans & mediocriter adstringens. ἀρκτίον Lappa minor.

ARGEMONE in totum syluestri papaueri similis est. folia habet anemones, diuisa: florem puniceũ: caput in cauliculo papaueris rhœadis, oblongius, & summis partibus latum: radicem rotundam. succum croci colore, acrẽ, dimittit. Argema & nubeculas expurgat. folia illitu inflammationes cõpescũt. Aeg. Abstergit simul & discutit. ἀργεμώνη Non est agrimoine vulg.

ARISARVM exigua herbula est, cuius radix oleæ magnitudinem implet, longè maioris quàm aron acrimoniæ. Vnde illitu nomas sistit. fiunt colyria ex ea, ad fistulas efficacia. illitu radicis, genitale animalis cuiuscunq; in perniciem agitur. ἀρίσαρον

ARISTOLOCHIA nomen ex eo sibi ἀριστολοχία

ficis vires refert. Galenus.

ARNABO (aliis carnabum vel carnabadium, item zarnabum vel zarnabadium) ex aromatis habetur, ob quod vnguentis potissimum temperatur. Calefacit, siccat. 3. Casiæ & carpesio simile est. Vnde Possidonius, Vbi cinnamomi copia non datur, hoc vtendum esse censet. ἀρνάβω.

ARTEMISIA magna ex parte in maritimis nascitur, absinchij modo fruticosa, maioribus & pinguioribus foliis, ramísque. huius quidem genera duo. vnum lætius habitiúsque: foliis virgísque latioribus. alterum tenuius flore paruo, tenui, candido, graueolente. æstate floret. Sunt qui in mediterraneis vnicaulis nomine appellent, tenuẽ herbulã, simplici caule & minuto, floribus scatente, flauo colore. hæc iucundiorem quàm præcedens efflat odorem. Aegineta. Vtraque Cal. 2. sic. 1. Tenuis adeò substantię est vt renum calculos comminuat, & vteri fomentis rectè accommodetur. ἀρτεμισία. Armoise

ARON, apud Syros lupha vocitatum, folia emittit dracunculi, sed longiora, & paucioribus distincta maculis: caulem subpurpureum, dodrantalem, pistilli specie. à quo croceum semen exit. radice dracunculi alba. quæ decocta estur, vtpote cũ minus acris sit. Folia ad esum cõdiuntur. & arida per se, decocta manduntur. Radix, semen & folia, ἄρον. Pied de veu ou serpẽtaire petite.

tesque:folia tenuia:flores luteos, & fructum resinosum, hyperico non absimilẽ. cuius attritu digiti ferè cruentantur, qua de causa androsęmum vocauere. Aegineta, Facultas eius in androsæmo prædicta est.

6 ASPALATHVS, aliis erysisceptron, frutex est surculosus, multis spinis horrens. nascitur in Istro, Nisyro, Syria, & Rhodiorum insula. quo ad vnguentorum spissamenta pigmentarij vtuntur. Optimus est grauis, detracto cortice rubens, aut in purpuram vergẽs, densus, odoratus, gustatu amarus. Est & alterum genus candidum, lignosum, sine odore, quod deterius habetur. Aegineta, Dissimili constat virtute, acri & astringente, & vtraq; siccante: iccirco & putredini, & fluxionibus vtilis est. ἀσπάλαθος. Rodium lignũ, ou Rodoẽ offic.

19 ALTILIS asparagus multis ramis fruticat, foliis fœniculi, longis, numerosis: radice rotunda, grandi, spongiam habente. Corruda siue syluestris asparagus vulgaris est notitiæ. Aegineta, Asparagus petræus aut myacanthinus abstergit vtique, sed calore, & frigiditate medius est, renes & iecur obstructionibus liberat, præsertimque radices & semen. item dentium doloribus medetur. ἀσπάραγος. offic. sparagus, asparge.

ASPHODELVS. Vide hastula regia. ἄσπληνος

ASPLENVM, aliqui scolopendrion vocant, alij splenion, alij hemionium, foliis est multis, scolopendrę animali similibus, ab ra- Ceterah ou citharac, offi.

dice vna prodeuntibus. Naſcitur in parieti-bus,ſaxíſque ſiliceis, & opacis. caulem, nec florem, nec ſemen habet. folia filiculæ modo diuiduntur, ſubter flaueſcentia hirſutaque, ſupernè viridia. Aegineta. Subſtantia quidem eſt tenui, nõ tamen calidum, qua ratione calculos confringit, & lienes cõſumit.

ἀστὴρ ἀττικός. βουβώνιον. Aſpergula minor aliquib'.

ASTER Atticus cauliculus lignoſus, florem in cacumine habẽs purpureum luteúmve, & in ambitu diuiſum, anthemidis modo capitulum ſed ea quæ caulem ambiunt folia ſtellæ modo radiata, oblõga, hirſuta. Aegin. Inguinalem vocant, quia bubonibus prodeſſe creditur, non tantum emplaſtri modo impoſita, verum adalligata etiã. Mixtæ eſt virtutis, digerentis & refrigeratoriæ.

ἀστράγαλος. Cices ſaulua-ges.

ASTRAGALVS paruus à terra frutex, foliis & ramis ciceri ſimilis: flore purpureo paruo, radice rotundas raphani modo grãdi, quæ ad natas appẽdices firmas habet. nigras, prçduras, veluti cornua inter ſe implicatas, guſtu adſtringentes. naſcitur in ventoſis, opacis, & in niualibus, eo Memphis Arcadiæ ſcatet. Radix ægrè propter duritiam tunditur. Agin. Non ignauiter deſiccat, radices habet aſtringentes: vlcera vetuſta ad cicatricem perducit. aluum fluẽtem radix in vino potaſiſtit.

ἀτρακτυλίς.

ATRACTYLIS, ſpina eſt cnico ſimilis, folia multo lõgiora ferens in ſummis virgis,

magna parte nuda aſperáque, qua fœminæ pro fuſis vtũtur. capitula in cacumine ſpinis horrent. flos luteus: quibuſdam in locis purpureus inuenitur. radix tenuis, ſuperuacua. Agineta. Vocatur & cnicum ſylueſtre, vi ſiccante & mediocriter calida. Cartam* ſylueſtris offic. ἀτρά-φαξις.

ATRIPLICEM aliqui chryſolachanon vocant. cognitum olus eſt. Duo eius genera, ſylueſtre, & ſatiuum. coctum eſtur vt olus. Aeg. Hum. 2. fri. 1. Ventrẽ mollit, ſemen ipſius vi pollet abſterſoria, vnde ictericis ex iecinoris obſtructione accommodatum eſt. (De Chryſolachano vide infrà. Arroche

AVENA genicula quædam habet. folio & ſtipula triticum imitatur. & in cacuminibus dependentes paruulas veluti locuſtas bipedes gerit, in quibus ſemen cõtinetur. Aeg. Similem hordeo obtinet facultatem. Siccat & modicè citra corroſionẽ diſcutit. aſtrictionis quoq; cuiuſdam compos eſt, vnde & alui profluuiis ſubuenit. βρῶμος. Auoyne.

MVRIS auricula, quã myoſhotida vocãt, herba eſt caulibus pluribus ab vna radice, aliquatenus ab imo rubẽtibus, & concauis: foliis anguſtis, oblongis, dorſo acuto, elato, nigricãtibus, per interualla aſſiduè geminatis, atq; in mucronem deſinentibus, & tenuibus cauliculis ex alarum ſinu prodeuntibus: flore, vt anagallidis, cœruleo: radix digitali craſſitudine, multis capillamentis fibrata. μυὸς ὦτα

Vt vult ruellius Radix illita ægilopia sanat. Sũt qui alsinen, muris auriculam vocitent.(Aegineta: nõ rerecenset aliam quàm alsinen suprà dictam.

B

βάκχαρις. Gans de nostre dame.

B ACCHARIS herba fruticosa, quæ in coronas additur. cuius folia aspera sũt, media violæ & verbasci magnitudine: caulis angulosus, cubiti altitudinem petens, aliquantulum asper, nõ sine appendicib⁹ adnatis: flore purpureo. subalbicante, odorato: radicibus veratro nigro similibus quib⁹ odor inest cinnamomo proximus. Asperũ squalidumq; solũ amat. Aegin. Herba est acris. radicis decoctũ meatus obstructos aperit, vrinã & menses citat. folia ipsiùs cum sint astringentia fluxionibus opitulantur.

βαλαύστιον. Des balaustres

BALAVSTIVM sylucstris punici flos est, cytino similis. Cuius cõplura genera reperiuntur, candidum, fuluũ, colore rosaceo. succus ex eo exprimitur, hypocistidis modo, cui adstrictoria vis inest, eadem faciens quæ hypocistis, & cytinus. Aeg. Valde astringit, sicca & frigida facultate prẽditum. Summæ cutis vlcera ad cicatricẽ perducit, & destillationes cohibet.

βαλλωτή. Bublœte offic.

BALLOTEN, nomine alio nigrũ marrubium vocant, caules edit quadrangulos, nigros, subhirsutos, complures ex vna radice: foliis maioribus quàm marrubij hispidis, intercedente spatio, subrotũdis, graue olen-

tibus,apiastro ꝓximis, vnde aliqui apiastrũ vocauerunt.candidi flores vniuersi verticillato ambitu caulẽ coronãt.Aeg.Acris est & absterforiæ facultatis, impofita cũ sale rabidi canis morsibus medetur. marrubicam astrũ ou nigrum marrubium

BALSAMVM,arbor albę violę,licij,siue pyracanthæ magnitudine cõspicitur. Foliũ rutę proximũ,longè candidius,perpetuò virens:in Iudæa solũ quadam valle & Aegypto nascens,his differẽs modis, scabritia, ꝓceritate,gracilitate. Quod igitur tenui & capillacea coma est,theristum vocãt, quasi demessile. fortassis quoniã ob gracilitatẽ facile demetatur. Aestiuis sub ortu Canis ardorib. arbos vnguibus ferreis inciditur, magnáq; è plaga succus,quem opobalsamũ vocant: sed tam exiguo stillatu,vt annis singulis,ne plures quidẽ quàm seni septémve congii cogantur, inibiq; pondus duplo repẽditur argẽto. Succi probatio est,vt sit recẽs, validi odoris, sincerus: non ad acorẽ vergens, dilui facilis, læuis,astringens, ac modicè mordens gustu. Sed variè vitiatur,misto ab aliquibus terebinthi,cypri,lentisci,balani vnguento: item sufino,metopio, melle, aut Cypria cera liquida. quod maleficium facilè deprehenditur. Namq; merus in laneam vestem fusus, neq; maculã facit, neq; si eluatur notã relinquit: vitiatus autem inhæret.& làc instillatus coagulat, quod adulteratus non efficit. Quinc- βάλσαμον. Basme

tiam sincerus in aqua aut lacte celerrimè liquatur, coloréque lactescit: vitiatus verò olei modo innatat, se conuoluens, aut in stellæ modum diffundens. Sincerus senescens crassescit, deteriorque redditur. Hallucinantur, qui aqua concretum pessum ire, & ad ima sidere arbitrantur, postea dissipatum supernatare. E ligni genere, quod xylobasamũ vocant, probatur recẽs, sarmẽto tenui, fuluum, odoratum, quadam tenus opobalsamum spirans. Necessarius etiã seminis erumpit vsus. quare eligatur flauum, plenum, grande, ponderosum, mordens gustu, feruens in ore, modicè opobalsamũ olens. Adulteratur semine hyperico simili, quod à Petra oppido defertur. Sed coarguĩt magnitudine, inanitate, virium ignauia, sapore piperis. Aeg. Balsami, quod veluti lignum est siccat & cal. 2. Subtilem habet substantiam. liquor autem multo tenuior est: fructus proximè hunc virtute accedit, sed minus tenuis est.

τραγοπώγων. BARBVLA hirci, quę ab aliis come vocatur, breui est caule: foliis croci: radice longa, dulci supina: magno super caulem calyce, è cuius summo semen nigrum dependet, vnde nomen inditum est. herba esui apta est. (Aegineta nõ memorat.) Vide plura in Tragopogone.

Herbarij ab hac aliã ostendũt, nõ sine errore

βδέλλιον. BDELLIVM alij bolchon appellãt, alij madelcon lachryma est saracenicæ arboris,

Probatur gustu amarũ, translucidum, taurini glutinis in moré. intus pingue, liquescẽs facilẽ, ligni ac sordis expers suffitu odoratũ, vngui simile. Est etiamnũ bdellij genus sordidum, nigrũ, vberiorib. glebulis in offas cõuolutum, aspalathi odore, ex india aduectũ. defertur etiam à Petra oppido siccũ, resinosum liuescens, sed facultate secũdum. Adulteratur gummi, sed ita vitiatũ non perinde gustui amaritudiné repręsentat, nec vsq; adeò suffitionibus odoratũ. Aeg. Tum Scythicũ, tum Arabicũ scirros emollit, præsertimque recentia. Arabicum verò vrinę ciendæ est, calculos comminuit, maturátque.

BELLIS, qui & bellius dicitur, flos est pratensis, pastilicãtibus quinquagenis quinis barbulis coronatus. Plinius. βέλλις Marguorites

BETA duorũ generũ est. è quibus nigra coquitur cũ lenticula, vt ventrem sistat. quod magis radice eius pręstatur. cãdida aluo vtilis est, vtraq; tamen propter nitrosum humorem, quem habet in se noxii succi est. Aegin. Nitrosam vim habet, qua abstergit, discutit, per nares purgat. Alba elixa plenius, inflãmationi arcẽdæ fit idonea, modicúmq; discutit. τεῦτλον Bette ou iotte ou porce

CESTRON psychotrophon vocitatur, quoniam frigidis locis inueniatur. Latini betonicam appellant. herba est caulem ferens tenuem, cubiti altitudine, aut maiorem, quadratũ: folia quercus mollia, longa, in ambitu βετονικὴ Betõgne ou betoine

diuisa, odorata, prope radicem maiora, in summis caulibus, semen veluti satureiæ spicatum inest. Aegin. Betonica herba est ramulis exilibus, pulegio similibus: sed tenuioribus, & propemodum si gustes, nullam qualitatẽ referentibus. Nascitur potissimũ locis petrosis, qua & in renum medicinis vtũtur. Est autem apud Romanos alia quædam betonica dicta, quã Dioscorides nominat cestron, alij verò psychotrophon, eò quod frigidis locis gaudeat, nihil simile cum prædicta habet, præter actionem. Vrinam ciet, & aliis multis benefacit, potissimúmq; radix ipsius cum hydromelite pota vomitionem mouet, folia aluum subducunt.

σημύσι Bouleau BETVLA Gallica est arbor, folio fagino, paulò angustiori, cortice versicolore, materie læui, non nisi ad baculos vtili, mirabili candore atq; tenuitate, terribilis magistratuũ virgis, eadem circulis flexibilis: itẽ corbium sportis & ligaturis vtilis, scopísque. Bitumen ex ea Galliç excoquunt. gaudet frigidis. Scutis item faciundis apta, quòd plaga cõtrahit se protinus, claudítq; suum vulnus, & ob id contumacius trãsmittit ferrum. vsus eius inter medicos adhuc nullus est.

BLATTARIA adeò similis verbasco est, vt sæpe fallat pro ea capta, foliis minus cãdidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hæc abiecta blattas in se contrahit, ideoq; Rom.

blattariam vocant. Plin.

BLITVM estur oleris modo. aluo vtile est, nullius in medicina vsus. Aeg. Hum. frig. 2. βλίτον Blette ou espinars

BOLETI fungorũ generis sunt, reliquis minus nocentes, qualitatis expertes, si probè coquantur, secus periculi occasionẽ præbẽt. Amanitę dicti secundum ab his ordinẽ obtinent. Aliis fungis abstinẽdum, pleriq; siquidem ipsorum lætales. Aegineta. Potiron, champignon

BOTRYS fructicosa herba est, luteâ tota, & in multas alas sparsa. semen circa totos ramulos prouenit: folia cichorio similia. tota suauem odorem spirat; quare vestimentis interponitur. inuenitur in torrentium ripis, & conuallibus. Pota orthopnœas mulcet. Hãc Cappadoces ambrosiam vocant, alij artemisiam. (Idem apud Aeginetã, nec plura.) βότρυς Du pymen

BRASSICA quæ edendo est siccat, & mãducata, & à foris imposita, nõ tamen acrẽ cõspicuè vim ostendit, eoque vulnera glutinat, & dolosa malignáque vlcera, ac tumores solui contumaces persanat. habet & iam nõnihil abstersoriũ, quo lepras exterit. Semen ipsius potum lumbricos occidit, præsertim Aegyptiæ. Caulium crematorum cinis adurente vi constat, cum adipe longis laterum doloribus vtilis. Aegineta. κράμβη. Choulx

Marina BRASSICA à satiua prorsus abhorret, quòd folia ferat rotũdæ aristolochię, pręlonga, tenuia. singula à ramulis rubẽtibus κράμβη θαλασσία Soldana vulgo.

exeũt, ſingulari vt hedera, pediculo albo ſucco prædita eſt, ſed pauco, ſalſo guſtu, & aliquantum amaro, pingui concretu. Herba in totum ſtomacho inimica, acris vehementiſſimè aluum ciet, in cibo cocta. coquitur propter acrimoniam cũ pingui carne. Aeg. Subſalſa leuitérque amara aluum ſoluit.

κράμβη ἀγρία. Syluestris BRASSICA, maritimis præruptíſq; locis, magna ex parte gignitur: satiuæ ſimilis, ſed candidior, hirſutiorq́; amara, cuius cyma in lixiuia cocta ori nõ inſuauis. Folia illitu vulnera conglutinant, & inflammationes tumoréſque diſcutiunt. Aegin. Satiua in omnibus validior eſt, vnde nec intra corpus citra noxam ſumitur.

βρεταννική. Quibuſdã lapathũ acutũ, qbuſdam biſtorta. BRITANICA aut vetonica, folia habet ſylueſtris lapathi: ſed nigriora, & denſiora, guſtu adſtringentia, radicẽ tenuem & breuẽ, caulem paruũ emittit. Foliis exprimitur ſuccus, qui igni aut ſole cogitur. Aeg. Aſtringit & conglutinat, ſuccus ipſius putredines os infeſtantes perſanat.

βούγλωσσος. Bocache ou lãgue de beuf. BVGLOSSVM naſcitur in cãpeſtribus, & ſabuloſis. Iulio menſe colligitur, verbaſco ſimile eſt, foliũ in terra ſparſum, nigrius, aſperum, bubulas imitans linguas. Aeg. In vinum deiectum, animi voluptates auget. Humidũ calidúmque temperamento eſt.

βουλάπαθον. BVLAPATHVM à reliquis radicis tantũ altitudine differt, efficacis erga dyſentericos

effectus, si biberint ex vino.

oil de beuf. βολβίνη. Buberigim

BVLBINA foliis est porraceis, flore violæ purpureo, siue ferrugineo in spicis, nigro semine foris, rubicundo radicis bulbo, intus candido, squamis carente. Bulbinas Diphilus tradit meliorem bulbis creare succum, non tamen ita gratas vtilésque stomacho, quod dulcescentem in se quadam crassitiem contineant.

βολβὸς ἐδώδιμος. Eschalote.

Esculentus BVLBVS vulgò cognitus, à nobis estur. stomacho & aluo vtilis rufus, qui & ex Aphrica defertur. amarus verò & scillinus, stomacho aptior est, & concoctionem adiuuat.

βολβὸς ἐμετικός.

BVLBVS quem vomitoriū vocant, folia habet lentiora multo & longiora quàm bulbus esculentus: radicem similem, cortice nigro. Ea radix mansa, aut decoctū eius potū, vesicæ malis medetur. vomitiones mouet. Aegineta. Multo calidiorem vim quàm esculentus repræsentat.

βούνιον. Herbe ou charpentier.

BVNIVM caulem emittit quadrangulum, (aliâs additur procerum, digiti crassitudine) & in eo foliosos ramulos, tenues, prætenuibus foliolis & flosculis scatētes, longitudine digitali: folia propter radicem, apio similia, sed multo tenuiora, & quæ modo quodā folia tribuli (aliâs coriandri) imitentur: flores anethi: semē odoratū, minus hyoscyamo. Alibi sic describitur, Pseudobunion

palmi altitudine fruticat in Creta, folia ramulosq; napi ferés, acri gustu. Aeg. Bunion, quod alij arctiũ appellãt, calidum est, vrinæ & mensibus educendis accõmodatum. Huic respondetur & pseudobunium.

βούφθαλμος. Oil de beuf ou pisse en lict.

BVPHTHALMON, quidam cachlam vocant, tenues emittit cauliculos, molléſque. folia fœniculi: luteũ florem, anthemide maiorẽ, oculi similitudine, vnde nomen traxit. circa oppida nascitur, & in campestribus. Aegineta. Acriorem anthemide florẽ gerit, ideo & discutientem, adeo vt cerato mixtum duritias remolliat.

βλούπλευρον

BVPLEVRVM olus est sponte nascẽs, caule cubitali, foliis multis longíſque, muscario anethi. Laudatur in cibis Hippocrati, & Nicandro in medicina. Semen cõtra serpẽtes valet, item radix in vino, ampliuſq; vrinæ ciundæ. folia ad secundas fœminarum vel succũ ex vino linunt, & strumis cũ sale & vino.

βούτομος. Iunc a cabas.

BVTOMVS frutex est palustris, caule, in offensissimo, peculiari quodam læuore, folio arundinis, angulari, fructu nigro, mali magnitudine, ſidę proximum: sexu duplici, mas, fœcũdus: fœmina vitiliũ ad nexus vtilis, pars ab radice tenera manditur, puerorũ cibo grata, vbiq; ferè in paludibus nascitur, quanquã humore & terra gaudeat. in Orchemenico lacu plurimus. Democritus ei folia irinis ꝓxima tribuit, ex vna radice nõ singu-

latim, sed vt frutices scaturientia, quibus boues iucundè vescantur, vnde nomẽ ei datum.

BVSELINVM differt breuitate caulis à satiuo apio, & radicis colore rufo, peculiare contra serpentes potum & litum. βουσέλινον.

BVXVS arbor nota est, eius granum carthego vocant. Nullũ in medicina vsum præbet: folio tantum cum materiei scobina, & lixiuio capillum rufant. πύξος. Boix.

C

CACALIA, quę leontice vocatur, folia fert magna, alba, è quib⁹ medius caulis emicat, rectus, albus, florẽ ferens robori aut olę similẽ. nascitur in montibus. Grana quæ post excussum florem innascuntur, trita & cum cerato illita faciem erugant, & cutem extẽdunt. Aeg. Viribus & vsu cum cancano cõuenit. Cancani autem radix modicè siccat, & sine morsu illitionibus accõmodata, cum vino subacta linctáq;, arterię scabriciem iuuat. κακαλία. Carui sauluage

CACTVS est cinara, siue carduus altilis. κάκτος. artichaut

CALAMVS odoratus in India nascitur, melior est fuluus, densè geniculatus, & qui assulosè frangitur, plena araneorum fistula albicans, lentus in mandendo, & astringens, ac cum aliquanta acrimonia amarus. Aegin. Cal. fic. 2. inest ei quippiam subtile, & astringẽs. Vrinam ciet. Stomachicis, tum quæ vtero & iocinori faciunt medicinis temperatur. κάλαμος ἀρωματικός. calamus offic.

Ancho-lies. CALATHIANA munus autumni, violę cæteræ veris. ea minuto est folio, violæ albę non est dissimili, in totum sine odore ca lathi similitudine, autumno tantum proueniens, tanta coloris pulchritudine, vt cæruleum ipsum, quod imitatur, prouocet. in pratis post æstatē emicat, autumnalem violam nominant. Plin.

Percepi-erre. CALCIFRAGA empetrum est.

Soulcy. CALTHA proxima calathianæ est cū colori amplitudine, vincit numero foliorum marinam quinq; folia non excedentem. Eadem odore superatur. est enim grauis caltha non leuior ei quam scopam regiam vocant, quāquam folia eius oleant. Vergil. calthā luteolo cecinit colore tinctam. nec Plin. ab eo dissentit. Hinc & calthula, vestis gen⁹ dicitur.

καλαμίνθη. calamēt. Poliot sauluage Offi. nepeta vulgo herbe au chat. Ex CALAMINTHAE generibus quędā mōtibus familiaris, folia ocimi habēs incana, surculos aridos, & caules angulosos, purpureū florē. Altéra pulegio similis est, sed maior, quā syluestre pulegium ideo appellarūt, ꝙ odore ipsum æmuletur. nepetā Latini vocitāt. Tertia mēthastra cognata est, foliis oblongioribus, caule & ramis maioribus q̄ superioris, sed viribus inefficacior. omniū folia gustu impensè feruentia & acria, radix supervacua, nascitur in cāpestribus, asperis & aquosis. Aeg. Cal. sic. 3. Tenuis & acris est, mētha longè valentior. Siquidē est veluti sylue-

ftris métha. E profundo attrahit, sudores mo uet, totum corpus digerit. Rigores febrium qui circuitu remeãt finit extrinsecus cũ oleo infricata strenuè. Coxarum dolores soluit vitiosos humores in cutẽ erũpẽtes abstergit.

CANARIA humilis est herbula, foliis tritici, multo minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus, articulato, internodiis modo tibiarũ in se infarctis, quę tracta suis è vaginulis exerũtur, euanida spicæ loco panicula, ita vt folio & culmo triticũ, cacumine arundinẽ æmuletur. Hanc inuenerunt canes qua fastidiũ deducant, eamq; in nostro cõspectu mandunt, sed ita, sicut est Plinius author, vt nũquam intelligatur quæ sit: etenim depasta cernitur. Notata est animalis huius malignitas in alia herba maior. Percussus enim à serpente mederi quadam sibi dicitur, sed illam hominine inspectante non decerpit. κυνοψὶ Herbe au chien.

CANCAMVM Arabici ligni lachryma est, myrrhę quodammodo similis, virosi gustus, quam ad suffimenta vsurpant. Vestes eo ex styrace & myrrha suffiũtur. Aeg. Odoris est grati, vis eius obesos extenuare abstergere, & aperire obstructa. κάγκαμον

CANABIS satiua planta magni in vita vsus ad robustiss. funes factitãdos: foliis fraxini, graui odore caulib. proceris, inanib⁹, semine rotũdo. Aeg. Semẽ flat⁹ discutit, adeóq; κάννσβις Chanure

ficcat vt largiore cibo genituram extinguat. Succus ex ea recente,conuenienter auriũ doloribus instillatur.Syuestris cannabis virgas fert althææ similes,minores, nigriores,& asperiores,cubiti altitudinem ęquantes:folio satiuæ, nigriores & asperiores, flore lychnidis,subrubro:semine & radice althææ. decocta radix, illitu inflammationes mulcet, tumores discutit,tofos articulorũ dissipat.hui⁹ cortex torquendis funibus accommodatus.

CANOPON sambuci flos est.

herbe ou couleuure.

CANTABRICA in Hispania inuenta est,per Diui Augusti tẽpora à Cantabris reperta.Nascitur vbique, caule iunceo,pedali, in quo sunt flosculi oblongi velut calathi,in iis semen perquam minutum. Cantabriam Hispaniæ regionem hodie Biscaiam vocant. Eius radicis drachma in vini hemina sæpius bibenda contra serpentium morsus.

καφουρα offi.camphre.

CAPHVRA arbor in India tanta magnitudine visitur,vt sub eius vmbra hominũ centuriæ cõdi possint. Nascitur in montibus inibi mari vicinis,materiæ leui, ferulacea,quæ gummi aut lachrymam fundit,eiusdem quo arbor nominis Ex hac caphurelæum fit quo verum mentiri balsamum audent.Caphuræ multa genera, vnum impurius in interueniis ligni modo lamellarum impactum figitur: aliud foras emergit,& arboris corticibus hęret,maculis inter initia rubentibus, postmo-

dum vel calore ſolis extoſtum, vel ignium vi candeſcit, Riachinam indigenæ vocant. cæteris bonitate & tenuitate præſtat longioríq; durat tempore: nam & atra ei fuſca reperiuntur. Rudis eſt, nullam vim ignis experta, elaborata verò, quæ ignium ardore album contraxit colorem, in laminas pellucentes digeſta. Caphura frig. ſic. 3. Capitis ex calore dolores, & incandeſcentes inflammationes reſtinguit, præſertim quæ iecur male habeant. Renes & ſeminaria vaſcula refrigerat, ſanguinemque cogit. Addunt aliqui ſomnũ conciliare: ſed cauendus eius nimius vſus, quoniam peruigilia tandem adferet. Sanguinem naribus profluentẽ ſiſtere cũ ſucco vuæ acerbæ impoſitam ventrẽ ſupprimere. Canitiem crebro vſu accelerare: ægrotationes parere frigidas.

FVMARIA fruticoſa herbula eſt, prætenera, coriandri ſimilis, foliis candidioribus, vndique numeroſis, cineracei coloris: flore purpureo. Aeg. Fumaria inde nomen ſortita eſt, quod ſuccus ipſius copioſas lachrymas eliciat, etenim oculorum facit claritatem. Acris amaráque eſt, vnde vrinas bilioſas liberaliter prouocat, iocinoris obſtructioni languoríque medetur, ſtomachum cõfirmat & aluum emollit. *κάπνος. Fume terre.*

CAPNOS alia Plinio deſcribitur, quam pedes gallinaceos vocant, naſcens in parieti- *Pied de geline.*

nis & sepibus, ramis tenuissimis sparsisque, flore purpureo, viridis, succo caliginē discutit, itaq; in medicaméta oculorū additur. Similis & nomine & effectu alteri iam dictæ.

κάππαρις. Capres. CAPPARIS aculeatus frutex est, qui in terra stratus, magis in orbē euagatur. spinas, vt rubus, habet, in hami modū adūcas: folia mali cotoneæ, rotunda: fructū oleæ similem. qui cū dehiscens pāditur, florē candidū promit: quo excusso, nō nihil glandis oblongæ figura inuenitur, quod apertum grana acinis punicorum similia ostendit, parua, rubicunda. radices lignosas spargit, grādes numerosásq;. Tenui solo, asperísq; locis, in insulis & iuxta rudera nascitur. caulis & fructus, cibi gratia condiuntur. Aeg. Radix extergit, probè purgat, incidit, discutítq; tum amaritudine, tum acrimonia: acerbitate verò cōtrahit, stringit, & dēsat. Lienes induratos pota & extrinsecus imposita iuuat, menses promouet, pituitam per os educit, maligna vlcera sanat, dentium dolores sopit, tumores digerit, & vitiligines, quas alphos dicunt: aurium vermes enecat. folia autem & fructus similem quidē sed imbecilliorem vim possident.

καψικόν. CAPSICON Arabici cardamomi genus videtur, recentioribus Græcis appellatum, quod semina in ordinē digesta, quibusdam thecis inuoluentibus cōgerantur ceu capsis. Actuarius, Distēdentes spiritus discutit, cru-

ditates concoquit.

CARDAMOMVM optimum est, quod ex Comagene, Armenia, Bosphoróque deuehitur. In India quoq; & Arabia prouenit. Eligi debet plenum, frangenti contumax, farctumq;. quod enim huiusmodi nõ est, exoletum iudicatur, & gustu acre, subamarũ, & odore caput tentans. Cardamomum frutex est amomo non dissimilis, odoratus, oblongo semine & anguloso. Quatuor eius fastigia, viridissimum ac pingue, acutis angulis, contumax frianti, quod maximè laudatur. Proximum è rufo candicans. Tertium breuius atq; nigrius. Degenerat variũ, friabile, odorisq; angusti. quod verius est vicinius esse costo debet. Aeg. Acre quidẽ & ipsum est, verum nasturtio inualidius. Compos est etiam nonnullius amaritudinis, qua lumbricos interimit, & scabiem cum aceto exterit. καρδάμωμον. Graine de paradis.

CARDAMOMVM aliud hodie Mauritanis proditum habemus duplici differentia. Maius alabastris rosę corticeis tradũt, in quibus semina lẽtis magnitudine, angulosa, pinguia, odorata, suo mordaci gustu linguã vellicãtia. Minus inuolucris seminũ minoribus & siliquulis, cãdida intus carne, minore odoris fragrãtia, granulis obnigri ciceris amplitudine. Frutex ipse cubitalis est caule quadrãgulo, leniter striato prodeuntibus, genitulatim & surculis & frondibus, hortensi solano Cardamomum & syluestre caros Corda persis.

non dissimilibus flore luteo, dependent ab alarum sinu alabastri rosarum crassiore pediculo, in mucronem sensim turbinati, per initia virētes, maturi quàm rubertimi, vetustate punicei, cute leui relucente, quæ semina includit candida, in vuæ modum cõuoluta, lenti similia: ea per se cũ valuulis gustata, igneum feruorem repræsentant. Vtrunque calfacit, roborat, discutit, extenuat. Sacolla apud Arabes maius, hilbane minus.

σκόλυμος. artichaut sauluage

CARDVVS, Græci scolymon vocant folia chamæleonis habet, aut albæ spinæ, nigriora, & crassiora. caulem longum edit, foliosum, capite spinoso: radice nigra & crassa, quæ illita, graueolentiam alarum totiusque corporis emēdat. item si decocta in vino bibatur. copiosam autem vrinam fœtidámque expellit. herba cum recens tenerescit, in olera, asparagi modo, transit. Aeg. Cal. fic. 2. Reliqua sunt eadem Dioscoridi.

κάρπασον

CARPASI succus soporem epotus, citámque strangulationem adducit. Adiuuantur autem qui hauserunt, epotæ cicutæ remediis. Discorid.

καρπήσιον. cubebe ou cõbebe offic.

CARPESIVM odoratum est & tenue, viscera obstructionibus liberat, vrinas mouet, & renes calculo laborantes purgat. Aeg.

Carpier

CARPINVS tractabilis est, aptáque iugis, vnde Græcis ζυγίαν appellare libuit.

Hanc

Hanc aliqui aceris generibus ascribunt, sepa rant alii. In montibus nascitur, flaua crispáq; materie. Et ipsa & acer amplæ sunt, platano in findẽdo similes: sed carpinus est gracilior macilentiorque, longior atq; mollior, venis in longitudinem fluctuantibus, vndosa, fissilis, segmẽtis omnibus in acutum compressis: minus tamen quàm pro magnitudinis ratione neruis exũdat. Auctu facillima, paulo antè æquinoctium germinat: post messem & ar cturũ cæditur. Durissima eius materies spissaque. Itaq; postquam terebrum experiatur, macerant, quo facilius mollescens perforari queat, lectis & sumptuosioribus fabricis iugisque nascens. Nullum eius in medicamentis vsum legi. — carpiene ou. Carmeni.

CARVM semen est vulgaris notitiæ. radix cocta, pastinacæ modo, manditur. Aegi. Cari semen calefacit, siccat 3. ferè gradu, flatus digerit, vrinam mouet, idque non semen duntaxat, sed etiam tota planta. — κάρος. Carui.

CARYOPHYLLON frutex in oriente nascitur sambuci forma, semine grano piperis grandiori fragilioríq;, ex atro ruffescente in claui modum capitato. Sunt qui repręsentent buxi caudice, lauri folio, sed rotundiore. Aeg. Non eam habet naturam quę nomine prætenditur, sed ex India veluti flores cuiusdam arboris festucacei & nigri sunt, longitudine ferè pollicis, odorati, acres, subamari, — καρυόφυλλον. Clou de giroffle.

Cal.sic.3.ferè gradu(vel vt Aëtius,2.)Multus eorum erumpit vsus, non ad obsonia modò, sed ad multa quoque medicamenta.(Sic enim legit Ruel.Græca autem æditio habet, ἃ πολύχρηστά ἐστιν ἐν ὄψα τι καὶ ἑτέροις φαρμάκοις)

κασσία, Casse. CASSIA, cuius complura sunt genera, iuxta odoriferam Arabiã gignitur,crassi corticis sarmento,foliis piperis,eligenda est fulvescens,pulchri coloris, coralii æmula, perquam angusta, longa,crassa,& fistulosa, gustu mordens, & cum aliquãto feruore astringẽs,aromatica, vinoso odore, cuiusmodi est quę ab incolis,achi appellatur:ab Alexãdrię negociatorib.daphnitis.Huic præfertur crassa,purpurea,& nigricans, Zigir cognomine quę rosam odore imitatur,præcipui in medicina vsus. Secundum locum tenet antedicta. Tertia,cui Muselętico blasto, id est, germini cognomen est.Reliquę viles,& quę aphemum dicitur, nigra, insuauis, cortice tenui, ac rimoso:& quę darca & citto vocitatur barbaro nomine.Similior huic est,pseudocasia, q̃ vt explicari possit.quę gustu coarguitur,cũ nec acris,nec odorata sit,hęrẽtemq; medullæ corticẽ habeat. Inuenitur etiã lata quædã fistula,mollis,læuis,surculosa.quæ antedictæ pręfertur.Damnatur cãdicãs,scabra, hircinũ virus redolens, & quę tenui fistula ea scabra cute sit.Aeg.Cal.sic.3.ferè abscessu, tenuis a-

bundè, acris & modice astringẽs. incidit igitur simul & discutit, robúrque instrumentis adiicit, postremò & menses euocat.

CASIA fistularis seu nigra recentioribus Græcis appellatur, quibusdam indica canna arbor magna, iuglãdis folio, fistulis prælongis ac teretibus, vtrinq; fastigiatis, colore rubro nigricantibus, duûm ferè pedum proceritate, nigra intus carne, gustu prædulci, ossibus siliquarum, ligneis distinguẽtibus membranis. Partim in India, partim in Aegypto nascitur, iam Asiæ communis facta. Deligere oportet põderosam, collucẽtẽ, perplenã, quã si concusseris, inclusa intus grana non obstrepant. Cal. hum. 1. flauã bilem per aluum detrahit. intemperati iocinoris calores ea refrigerantur. prodest eis, qui per naturam pallore decolorantur, anginis, laterum doloribus, & pulmonariis. κασία συριγγώδης. Casse fistule off. lignea

CASSAMVM aliqui fructum balsami interpretantur. Aeg.

CASTANEA. vide Glandes Sardianæ.

CASSVTHA Græcis recentioribus Plinio Syriaca voce cassytas dicta videtur, herbosis fruticibus circũuoluitur, opere topiario per vertices rotata, proxima quæque veluti clauiculis implicat, sine radice, foliis vidua, flore albo, semine scatens tenui, cirris purpureis. Cal. 1. siccat 2. Subamara est iniecta vino, temulentiæ causa traditur. abster- κασύτας off. cuscutha. gourte de lin vulg.

git, ſubſtringit, roborat. iecoris & lienis impedimenta laxat. flauam bilem per aluum exigit.

καταναγκη. herb. biſtorta. Ex eo genere vna, folia coronopi habet, longa, radicem iunci modo prætenuem: capitula ſena, ſeptenáve, in quibus erui ſemen ineſt. Areſcens in terram flectitur, & ſe contrahit ad ſpeciem vnguium milui exanimati. Altera mali paruæ magnitudinem explet, radice exiguę oliuæ magnitudine: foliis quoque oliuæ colore, & figura, mollibus, diuiſis, humi inclinatis: ſemen, vt cicer, minutim in virgulis dependet, punicei coloris, multis foraminibus pertuſum. Vtranque narrant in amatoria expeti. Theſſalicæ mulieres his vti traduntur.

καυκαλις Perſin baſtard CAVCALIS, quam alii ſylueſtre daucum vocant, cauliculo eſt dodrantali, aut maiore, ſubhirſuto: foliis apio ſimilibus, fœniculi modo per extrema multifidis, hiſpidisque: candida in cacumine vmbella, ſuauiter olente. Crudum coctúmve olus eſtur. vrinam mouet. Aegineta, Dauci modo calefacit, ſiccat, vrinam mouet, repoſitáque conditur.

κέδρος. Cedre. CEDRVS arbor magna eſt, ex qua picē colligunt, quæ cedria vocatur. iuniperi modo baccas parit, baccarum myrti magnitudine, rotundas. Cedria optima eſt craſſa, perlucida, grauis odoris. quæ dum effunditur gut-

tatim non dissipata coit. Cui ea vis inest vt defuncta corpora conseruet, & viuentia corrumpat. qua ex causa mortuorum vitam aliqui appellauere. vestimenta quoque & pelles, eximia calfaciendi & siccandi dote, corrumpit. Fit & oleum, à cedria separatũ, dũ coquitur, velleribus supra halitũ eius expansis, vt in pice. Eiusdem ad omnia vsus. Cedrides Cedri fructus vocãtur. Aeg. Cedrus & frutex iunipero similis & arbor est, ambo cal. sic. 3. Cõfectũ ex eis oleũ, quod cedręã, seu liquorẽ cedrinũ appellãt, etiã quartũ ordinẽ attingit, subtilis admodũ substantię: hinc teneras carnes expeditẽ, & citra dolorem exedit, duras aũt pręsertímq; demortuas siccat, & à putredine asserit, pediculos, pulices, ascaridas, & auriũ vermes interficit, aliáq; plura facit. κεδρίδες

CELASTRVS æterna coma frondet, in planis exilit, inibíq; omniũ tardissimẽ suos perficit fructus. Horret cultum, quẽ si quando patiatur, degenerat. Summis gelidissimísque gaudet locis. Vsus eius ad baculos & scipiones. Theop. κήλαστρος

CENTAVRIVM magnum folia habet iuglandis, oblonga, viridi brassicarũ colore serrata in ambitu: caulẽ, ceu rumicis, binûm aut ternûm cubitorum, multis ab radice adnatis, in quibus capita, ceu papauerũ, in rotunditate oblonga: flos cœruleus: semẽ cnico simile, ceu laneis floccis quibusdã inuolutũ, κενταύρειον μέγα. huius radix ĩ offi. rapõtici noĩe ostẽditur magno errore.

radix crassa, grauis, solida, tripedalis, succo prægnans, cum astrictione aliqua & dulcedine acris, & rubescens. Amat solum pingue & apricum, ac syluas & colles. copiosissima est in Lycia & Peloponneso in Arcadia, Elide & Messenia, pluribúsque locis circa Pholoën, Lyciam & Smyrnam.

κενταύρι ον μικρόν offic. centauria minor. alijs fiel de terre, alijs febrifugia.

CENTAVRIVM, limnesion aliqui vocauere, quoniam rigua amet loca. herba origani aut hyperici similis, caule ãguloso, palmum excedente: flore lychnidis, è puniceo in purpuram vergente: foliis rutæ, prælongis & paruis: fructu tritico simili: radice pusilla, læui, & superuacua, quæ gustanti amaritudinem adfert. Aegineta, Centaurij maioris radix acris, calida, & terreæ astrictionis cõpos est. Menses itaque promouet, fœtus corrumpit, mortuos eiicit, vulnera glutinat, sanguinem spuẽtibus & reliquis pectoris vitijs præsens est remedium. Minoris cẽtaurij radix inefficax est, coliculi validè & citra morsum siccant, vnde nõ solum ad quæ maius centaurium valet, sed etiam coxendice laborãtibus ipsius decoctũ inferius infectum biliosa vacuat, nonnunquam & cruenta, mirúmque in modum iuuat.

κρόμμυον. vn oignõ

CEPA longa acrior est quàm rotunda, itẽ flaua quàm candida, & sicca quàm viridis, & cruda quàm cocta, aut sale condita. Aegineta. Cal. 4. Substantiæ crassioris est, quamob-

rē hæmorrhoidas appositu aperit: abstergit, vitiligines, alphos dictas, cum aceto exterit. defluos capillos ocyus olcyonio restituit. Succus oculis suffusis, aut crassi humoris vitio hebetibus auxiliatur.

CEPAEA portulacæ similis est, sed nigriora habet folia, & radicem tenuem. Aeg. Folia ipsius cōtra vesicę scabiem vtiliter bibuntur. Radix cum asparago myacantho pota vrinæ stillicidia, quæ oppleto vrinario meatu fiunt, abigit. κηπαία.

CERASIA dulcia quidem citius dilabū tur, austero stomacho vtiliora sunt: acida verò ob suā incidendi vim pituitosis excremētosisq; stomachis prosunt. Gūmi verò cerasi arboris, fauceis exasperatas leuigat, & calculo laborantibus cum vino potum succurrit. Aeg. (Chamæcerasum infra dicemus.) κεράσια. Cerises, merises, Guines ou Guindoles.

CERINTHE herba ptopter apes serenda quibus est gratissima, folio candido, incuruo, cubitalis, capite concauo mellis succū habente. Hanc Virgilius ignobile appellauit gramen. κήρινθον. Pasquete.

CERRVS ægilops, quercus species est populo similis, caudice recto, excelso, læui, & per longitudinem robustissimo, materie alioqui improba, nec nisi ærariorū officinis carbone donata. Quod enim cessante flatu statim extinguatur illis compendio est, nec nisi paucis absumitur, sic tamen plurimis αἰγίλωψ. Herre ou hedre.

ſcintillis diſſiliens. Glans illi triſtis, horrida, echinato calyce caſtaneæ modo: itaq; à nullo præterquam à ſue manditur, nec niſi aliorum inopia: cum alioqui ſolidam duramque gignat carnē. quare ſuem cerrea glans diffuſam quidē ſed grauē facit. E glandiferis vna fert panos arentes: muſcoſo villo, canos non in cortice modo, verum & è ramis dependentes, cubitali magnitudine, odoratos, ſphagnon ſiue ſplachnon ſiue phaſcon appellāt, item bryon: noſtri penem, Syri vuam dæmonum. Eadem ferè omnia Theophraſtus Macedonicæ cerro, quam aſprida nominat, tribuit: quæ ægilopi cerro Plinius aſcribēda exiſtimat. Cerri folia, & cortex & glans ſiccant collectiones, fluxiones ſiſtunt. Torpētes mēbrorum partes corroborat decoctum eius fotu: cui & inſidere expedit ſiccandis aſtringendíſve partibus. Radix aduerſatur ſcorpionibus.

ἄσπρις. (margin)

CHAMAEBATVS, humi ſparſus eſt rubus, radices quà tellurem tangit agēs, vbi nihil eſt propè quod vncis aculeis ſubeat.

χαμαίβατος. (margin)

CHAMAECERASVS pumila eſt, in Bythinorum agro frequens, radice parua: neque arbos eſt, nec arbuſculis ceraſorum impar, baccis cætera omnia conſimilibus. Copioſe veſcentibus caput vini modo grauant. Sed hæc, vt Athenæus refert, de memæcylis intelligi poſſunt. Nam ex his, id eſt, arbuti

χαμαικέρασος. (margin)

baccis: si quisquam plus septē esitarit, caput eius dolore tentabitur.

CHAMAECYPARISSUS herba ex vino pota cōtra venena serpentium omnium, scorpionúmque pollet.

χαμαικυπάρισσος
Cypres de iardin

CHAMAECISSOS, folio est hederæ, tenuiore, longiusculo. ramulis à radice quinis senísve, dodrantalibus, foliosis, flore violę albę simili, cādidiore, ac tenuiore, gustu supra modū amaro. radice tenui, cādida, inutili. nascitur in cultis. Aeg. Flos iecorum meatus adaperit, item contra coxendicum dolores exhibetur.

χαμαίκισσος.
Lierre terrestre

CHAMAEDAPHNE virgas emittit cubitales singulari ramulo constantes, rectas, tenues, læues: folia lauri similitudine, læuiora multo, ac viridiora: semen rotundum, rubens, annexum foliis. Aegineta. Cōsimilem laureolæ seu daphnoidi, & Alexandrinę lauro vim habet.

χαμαιδάφνη.
Laureole

CHAMAEDRYS, quære Trissago.

Chésnette ou germandree

CHAMAEDROPS, quidam & hāc chamedryn, alii teucrion vocant: viribus chamædryi respondet. Aegineta.

καμαίδροψ.

CHAMAEPITYS. quære Aiuga.

CHAMAELEON albus, ixia ideo aliquibus vocatur, quòd quibusdam in locis viscum circa radicem eius inueniatur, quo pro mastiche vtūtur mulieres: folia habet sylibo aut carduo similia, asperiora, acutiora, ni-

καμαιλέον λευκός
Carlina ou Carlina.

groque chamæleone validiora. caulem non promit, verum ex medio spinas, echini marini, aut cinaræ modo, erigit. flores purpureos, veluti papporum lanugines emittit: semen cnici simile: radicem in lætis collibus crassam: in montosis verò graciliorem, in profundo albam, aliquatenus aromaticam, graui odore dulcem.

χαμαι-λέων μέλας. Cardonette

CHAMAELEO niger, foliis scolymo similis esset, nisi minora, tenuioráque, ac rubro distincta viderentur. caulem emittit dodrantalem, crassitudine digitali, subrubrum: & in vmbella flores spinosos, tenues, hyacinthi æmulos, versicolores. radice crassa, nigra, densa, interdum exesa, quæ dissecta flauescit, & commanducata mordet. Prouenit in campestribus, siccis, & cliuosis tractibus, & maritimis. Quare chamæleo vocetur, à varietate foliorum euenit. mutant enim cum terra colorem: hic viridia, illic albicãtia, alibi cœrulea, nonnunquam rubra inueniuntur. Aegineta. Nigri radix cal. sic. 3. propemodum ordine, abstergit, cutis labes exterit. duros tumores dissipat emollítque. Phagedænica vlcera illitu persanat. Si autem intra corpus sumatur, veneni loco est. Albi radix nigro proportione respondet, sed amarior est: quæ si cũ vino austero instar acetabuli bibatur, latos ventris lumbricos enecat: facit etiã ad aquam intercutem.

CHAMAELEVCE lumborum doloribus propitia est, herba virens, incuruis foliis, surculisque: flore rosaceo. Aeg. Gal.3.fic.1. χαμαιλεύκη. Pas d'asne ou pied de poullain

CHMAEMELVM. vide Anthemis.

CHAMAEPLATANI sunt coactæ breuitatis pumilæ platani: quoniã arborũ etiam abortus inueniuntur. χαμαιπλάτανοι.

CHAMAESYCEN aliqui sycen nominant. ramos emittit quaternûm digitorum, teretes, succosos, in terram deiectos. folia lentis, parua, peplum plane referentia, tenuia, quæ à terra non attolluntur: semine sub foliis rotundo, vt in peplo. neque caulem, neque florem promit. radice firmatur tenui, superuacanea. Aegineta. Abstersoria & acri facultate pollet, quapropter & surculi ipsius & liquor myrmecias verrucásque abolent: crassas oculorum cicatrices cum melle abstergunt, hebetudini & suffusioni incipienti medentur. χαμαισύκη.

CHAMAELEA surculosa fruticat, ramis dodrantalibus. folia oleæ similitudinem habét, tenuiora & amara, quæ gustata linguam mordent, & arteriam deradunt. Aeg. Abstersoria facultate sordida, vlcera, & crustas cum melle purgat. χαμαιλαία. Oliuella offic. mezereon

CHELIDONIVM maius, caule est gracili, cubitali aut altiore, agnatis foliosis: foliis ranunculi, multis, mollioribus tamen, & colore cæsiis: flore violæ albæ, secun- χελιδόνιον μέγα

dum ſingula folia prodeũte. in eo ſuccus croci, mordax, acris, & aliquãtulum ſubamarus, grauiter olens. radix supernè ſingularis, infernè in multa crocea capillamenta fibratur. ſiliqua, ceu corniculati papaueris, tenuis, in metæ figuram longa: in qua ſemen papauere maius recluditur. Hoc nomẽ ſibi videtur vendicaſſe, quod aduentu hirũdinum exoriatur, & diſceſſu emarceſcat. Sunt qui narrant, hirũdines matres excæcatis pullis, admota herba viſum reſtituere.

χελιδώνιον μικρόν. offi. ſcrofula.

CHELIDONIVM minus, quod triticũ ſylueſtre aliqui nuncuparunt, herbula pediculis ab radice pendens, ſine caule: foliis hederæ, multo rotundioribus & minoribus, teneris, & ſuppinguibus. radices habet ex eodem callo complures, puſillas, in granorum tritici modum aceruatim congeſtas. quarum tres aut quatuor in longitudinem exeunt. Iuxta aquas & lacus naſcitur. Aeg. Maius cal. 3. valentérque abſtergit: ſuccus ipſius claritati oculorum vtilis eſt. radix arquatos cum vino & aniſo pota, obſtructione liberat: manducata dentiũ doloribus auxiliatur. Minus cal. 4. acre adeò vt illitũ cutẽ vlceret. vngues ſcabros emendat. Succus per nares purgat.

χονδρίλλα.

CHONDRILLA, quam aliqui cichorion, alii ſerin appellant, caulem, flores, & folia habet cichorio ſimilia. qua ex cauſa nonnulli ſylueſtris intubi ſpeciem eſſe pronun-

ciarũt: verùm tenuior tota eſt. in cuius ramulis, gummi maſtiches ſimillimum, tuberculo fabæ inueniri ſolet. Aliud habetur chõdrillæ genus, folium ferens oblongũ circumroſum humi ſparſum, caulem ſucco madentem lacteo: radice tenui, rotunda, leui, vegeta, flaueſcente, ſuccoſa. cuius & caulis & folia con coquendi vim habent. ſuccus incommodos palpebrarum pilos reflectit. Naſcitur in lętis & cultis. Aeg. Chondrilla intybi ſpecies ſubamara guſtu eſt, propterea etiam maiorẽ ſiccandi vim quàm illa obtinet.

CHRYSANTHEMON aut caltha, nõ nullis buphthalmos, herba eſt tenera, fruticoſa, lęues proferens caules, & multifida folia: flores ſupra modum ſplendentes, luteos, orbem oculi imitantes, vnde buphthalmi nomen traxit. propter oppida naſcitur. Cuius caules oleris vice manduntur. flores cum cerato triti ſteatomata diſcutere prodũtur. Regio morbo correptis colorem breui reddũt, ſi ſequẽte longo balnei vſu, poſt exitum ebibantur. (Aeg. non retulit.) χρυσάνθεμον. Marguerites blãches

CHRYSOCOME palmi altitudine fruticat. coma ſpecie corymborum', hyſſopo ſimili. radice hirſuta, veratri nigri modo, tenui, cyperum æquante: guſtu non iniucũdo, ex auſtero dulci. in petroſis opaciſque naſcitur. Aeg. Chryſitis etiã dicitur. radix acri ſimul & aſtringente vi exiſtit, quare nõ multi χρυσοκόμη.

in medicina vſus eſt: quanquã peripneumonicis, & iocinoroſis in mulſo elixa exhibeatur:cæterum menſes educit.

χρυσογόνος. CHRYSOGONVM denſè fruticat, quernis foliis:flore coronarij verbaſci.radix vt rapum extuberat,intus ruberrima,foris nigra. Quæ trita cum aceto, atque impoſita,muris aranei morſibus auxiliatur.

χρυσολάχανον. offic.minor craſſula & chryſolanum CHRYSOLACHANVM Plinius ab atriplice diſcreuit, in pineto foliis lactucæ naſci tradens,ſanare neruos inciſos.ſi cõfeſtim apponatur. Et alibi genus chryſolachani tradit flore aureo, foliis oleris. Coctũ eſtur vt olus molle. Stranguriam diſſoluit ſi bibatur ex vino & aqua. Aluum ſiſtit.

κύανος. Blaueoles ou aubifoïs ou bluetz CYANI colos eſt in nomine, qui honorem noménque dederit cœruleo. Roſam cyanus excipit, cyanum amaranthus. Plin.

Cicerole CICERAM non tam leguminibus Columella quàm pabuli generibus adnumerat, eámque proximam fœnogreco & medicæ tradens. Eadem hominibus non inutilis, nec iniucunda eſt. Sapore certè nihilo differt à cicercula, colore tantum diſcernitur. nam eſt obſoletior,& nigro propior. Seritur primo vel altero ſulco menſe Ianuario, aut Februario, Martióve: quibuſdam tamen Italiæ locis ante calendas Nouembris. Læto loco & humido ſeri debet. Ea, vt volunt, ſtercoratur ager.

CICERCVLA est minuti ciceris inæqualis angulos habens veluti pisum. Ea multis in locis vtũtur, eiusq; cremorem phaselis præferunt in alendo potentiorem. cerres ou poys cerre.

CICI, lege Ricinus.

CICER consuetum legumen flatus creat, valentis materię, aluum facilem reddit, vrinam mouet, lacti seminíque generando accommodatũ, idem menses elicit. At crios appellatum, hoc est arietinũ, aliis magis vrinæ ciendæ est: decoctum ipsius præsertim nigri, calculos quoque in renibus conterit. quod orobiæum ab eruo vocatur, calidius his est, & subamarum. Syluestria quouis modo domesticis sunt validiora. Est autem syluestre cicer foliis satiuo simile, odore acri, sed semine discrepat. Aeg. ὄροβος. Ciche

CYCLAMINVS folia habet hederę, purpurea, varia, in quibus súsque déque albicant maculæ: caule nudo, quaternos digitos æquante: floribus in eo purpureis, rosarũ effigie: radice nigra, & aliquantum lata, vt rapum videri possit. Aegin. Cyclaminus varias vires habet, etenim extergit, incidit, aperit, attrahit, & dissipat. Succus ipsius hæmorrhoidas sedi admotus aperit, duritias cum aliis discutit. Cum melle suffusis proficit, per nares purgat abdomini inunctus aluum subducit, fœtus corrumpit. Radix autem tota succo quidem est imbecillior, sed & ipsa κυκλάμινος. offic. cyclamen messon, ou pain de porceau vulg.

vehemens adeo est, vt cum mulsa instar triũ drachmarum pota, interanea expurget. Cutis etiam vitia exterit.

κυκλάμινος ἑτέρα
osti. sigillũ Mariæ

Est & altera CYCLAMINVS, quã cissanthemon aut cissophyllon vocãt: foliis hederæ, sed minorib⁹: geniculatis caulibus, crassisque circa uicinas arbores, capreleorũ modo se voluentibus: flore candido, odorato: acinis hederæ mollibus, lenti gustus, aliquantulum acris: radice superuacua. nascitur in asperis. Aeg. Semen efficax est vt potum priori similia faciat.

κυκλάμινος τρίτη

CYCLAMINVM tertiã Plinius sibi demonstratã asserit cognomine chamæcisson, vno omnino folio, radice ramosa qua pisces necabãtur, quod Dioscorides nomine tenus primæ cyclamino tribuit, ichthyotheron, à piscium venatu nominans.

κώνειον·
Cigue

CICVTA caulem ædit geniculatũ, vt fœniculi, grandem in cacumine, ramosum: folia ferulæ, angustiora, graui odoratu. rami, mox vmbellę in summo prodeũt: flores quoque albicantes: & semen aniso candidius: radice non alta, concaua. Cicutę letale venenũ inest, suáq; vi refrigeratoria necat. Remedio est vini meraculi potus. Succus exprimitur contusis cacuminibus, priusquam semina & comæ siccescant. qui sole densatur in pastillos. Efficacissima vis Creticæ, Megarensi, mox Atticæ, & in Chio, & Cilicia nascenti.

Aeg. Cicutæ vires summè refrigeratorias esse omnibus constat.

CYMINVM, lege Cuminum.

CINNAMOMI genera plura, patriũ sibi nomen vendicãtia. Præfertur tamen Mosyliticum, quòd casiæ, cui Mosyliti nomẽ est, aliquam referat effigiem. Sed in eo genere recens, nigrum, ex vinoso in cinereum vergẽs, læue, tenuibus ramulis, ac frequẽtibus nodis cinctum, perquàm iucunde olens. Optimi ferè indicium, iucundi odoris proprietate cõstat. Innenitur enim cum optimo, eoque quod peculiare est, odor rutæ aut cardamomo proximus. Insuper acre, mordẽs, & cum calfactione quadantenus salsum, quòd non citò confricanti asperum, aut frianti lanuginosum, læuibus tamen internodiis appareat. Si certior fieri voles, vellito ab radice surculum. facilis est huiuscemodi probatio: nanque fragmenta miscellanea quædam esse videntur. Quæ autem melius spirant, suo halitu cum nares primum consuluntur, olfactum explentia, deterioris dignotionem impediunt. Est etiamnum montanum, crassum, pumilum, fuluescens admodum. Tertiũ à Mosylitico, perquàm suauiter olet, nigrum fruticosum, paucis intercedentibus geniculis. Quartum, fungosum, candicans, aspectu tuberosum, vile, ac friabile, magnam habens radicem, quæ casiam planè repræsentat. κιννάμωμον. Canelle

Quintum genus, odore nares feriens, subrufum,& cortice fuluæ casiæ simile, tangenti firmum, minus neruosum, densa radice firmatum. Iis quæ thuris, casiæ, myrti, aut amomi odorem spirant, minus suauitatis inest. Deligito scabrum, album, rugosum. at læue, lignosum circa radicem, vt inutile, reiicito. Est etiamnum simile aliud, cui pseudocinnamomo cognomẽ est, vile inualidi odoris, solutarúmque virium. Vocatur etiam Zingiber, cum tamen sit xylocinnamomum, præbens quãdam cinnamomi faciem. Est autem lignosum cinnamomum, sarmenta longa robustáq; ferens, odore longe cinnamomo inferiore. Sunt qui xylocinnamomum, à cinnamomo genere differre dicant, quod à natura eius abhorreat. Est & quoddã cinnamomũ, quod aliqui pseudocinnamomum appellãt, perquàm denso atque crasso sarmento, longè tamẽ inualidius cinnamomo, & odore & gustu. Aeg. Cinnamomi vis est summè tenuis, non item æquè calida, sed tertij ordinis, nihil autem ex iis quæ parem ipsi calorem referũt adeò siccat, propter substantiæ tenuitatem. Cinnamomis autem vel pseudocinnamomum veluti inualidum quoddam cinnamomum est.

Langue de chien CYNOCEPHALAEA eadem potest videri antirrhino, vt mihi quidem videtur.)

CYNIA aut cynocrambe, cauliculum bi-nûm dodrantum altitudine emittit, mollem, subalbidum: folia mercuriali aut hederę simi lia, certis interstitiis subalbida. semen foliis adhęret. paruum, rotundum. Folia cum cauli bus pota, aluum cient, oleribus commendan tur. Ius decocti & pituitã & bilem aquamq́; detrahit.

κυνο-κράμβη. off. sylue stris atri-plex

CYNOGLOSSON folia latifoliæ plan taginis habet, arctiora, minora, lanuginosa: caule vacat, & humi sternitur. prouenit in sa-buletis. Contrita eius folia cum vetere suillo adipe, rabidorum canũ morsibus, alopeciis & ambustis medentur. Herba cocta & cũ vi-no pota, aluum mollit.

κυνό-γλωσσον. Non est hęc lin-guacanis herba-riorum

CYPIRVS, quem aliqui erysisceptrũ, vt aspalathũ appellãt, folia fert porraceis pro-xima, sed longiora & exiliora: caulem odo-rati iunci, cubitalem aut maiorẽ, angulosum in cuius cacumine minuta folia cum semine exoriuntur: radices, quarum in medicina est vsus, cohærentes inter se, oleis oblongis simi les, aut rotundæ, nigro colore, suaui odore, amaro gustu. In lacunosis, palustribus & cul-tis enascitur. Optima est grauissima, densa, fractu contumax, plena & aspera, odoris cum quadam acrimonia iucundi, qualis est Cilicia, Syriaca, & quæ à Cycladibus insu-lis petitur.

κύπειρον. Souchet ou ionc blanc en bas, noir par hault.

κύπαιρος ἰνδική. Aliud CYPIRI genus tradunt in India nasci, gingiberis effigie, quod manducatum croceum reddit, gustu amaro sentitur, & illitum præsentem psilothri vim exhibet. Aeg. Iuncus angulosus calfacit siccátq; citra morsum, hinc etiam humidioribus vlceribus cicatricem mirabiliter inducit, ac oris vlcera persanat: habet & vim quandam incisoriam, qua calculos comminuit, vrinā & menstrua promouet.

κύπρος, Troisne. CYPRVS arbor est oliuæ foliis circum ramos, latioribus, mollioribus, & virentioribus, flore candido, muscoso, odorato, semine sambuci, nigro. Optimum nascitur in Canope & Ascalone. Aegin. Cypri folia & surculi mixtis constant viribus, discutiēte & astrictoria, tum ea quæ sine offendiculo & morsu siccet: ideoq; decoctum ipsorū ambustis superfusum prodest, ac igneis inflammationibus congruit. Itē oris eruptiones, aphthas vocāt, ipsa arbor commāducata persanat: item medicinis lieni dicatis miscetur.

κιρκαία. CIRCAEA, quam & dircæam aliqui vocant, foliis est hortensis solani, agnatis crebris: flore nigro, pusillo, copioso: semine milij, nascente in quibusdam veluti corniculis: dodrantali radice, triplici ferme, aut quadruplici, candida, odorata, excalfaciente. Nascitur in apricis, saxis, & vento perflatis. Aegin. Eius radix calida est, & odorata, quę cum vi-

no pota fœminarum locos purgat: ſemen in ſorbitione ſumptum lac generat.

CIRSIVM, caulis eſt tener, duorũ cubitorum, triãgulo ſimilis: ab imo foliola, roſæ ſpeciem referentia: anguli ſpinoſi, per interualla molles: folia bugloſſo ſimilia, maiora, ſubcãdida, modicè hirſuta, partibus extremis aculeata: cacumen caulis orbiculatũ, hiſpidum, in quo capitula purpurea, quæ ſoluuntur in lanugines. Radicem huius loco laboranti adalligatam, dolores varicum ſedare Andreas ſcripſit. (Aeg. non meminit.

κίρσιον off. lĩgua bouis

CISTVS, quem aliqui citharon, aut ciſſaron vocant, ramoſus frutex eſt ſed improcerus, folioſus, ſaxoſis locis naſcens, foliis rotundis, acerbis, hirſutis. flos maſculo vt mali punicæ, fœminæ albet. Hypociſtis, erythranon, aut cytinus à nonnullis cognominata, iuxta ciſti radices naſcitur, floris punici ſimilitudine. quædam flaua, altera virens, tertia candida. Liquatur acacię modo. aliqui tamẽ exiccant, fractámque macerant, & incoquũt, reliquáque, vt in Lycio proſequuntur. Aegineta, Frutex eſt aſtringẽs, & modicè frigidus virtute: folia ipſius & germina adeò ſiccant, vt etiam vulnera conglutinent: at flores cum in ſecundo ferè gradu ſicciores ſint, inteſtinorum torminibus, aliiſque fluidis vitiis accommodati ſunt: extrinſecus illiti putrida vlcera compeſcunt.

κισσός De garicles

κύτισος. Grand treufle

CYTISVS, frutex est albus in totum, vt rhamnus, ramos spargēs cubito longiores, in quibus folia fœnigræci, aut loti trifoliæ, minora, dorso medio prominente. ea digitis trita erucam olent, gustatáque cicer sapiunt. Folia refrigerāt. tumores inter initia discutiūt, si cum pane trita illinantur, decoctum potu vrinam ciet. Nonnulli, quod apes alliciat, prope aluearia serunt. Aegineta, Folia discutientis leniter & tepide nostræ sunt quemad modum & maluæ.

κίτρον. Citron

CITRII medium acidum, aut qualitatis expers, in quo semen est, tertij refrigerantium siccantiúmque ordinis habetur. Cortex in secundo quidem abscessu siccat, sed non item refrigerat, acri virtute pręditus. Caro ipsius crassi succi est, pituitæ generandæ apta & frigidæ, semen digerit & sic. 2. Folia arboris siccandi discutiendíque vim repræsentāt. Aegineta.

κλήματις. Peruēca

CLEMATIS humi serpit, læto, pinguíq; solo prouenit, viticulas spargens crassitudine iunci, exiguas: folia lauri figura & colore, multo minora. Gignitur in terrenis. Aeg. Appellatur & daphnoides, myosinoides, polygonoides. Siccādi virtute pollet, qua fluores alui quā diarrhœam dicunt, intestinorū tormina, & dentium dolores finit. Cōtra venenatorū morsus rectè imponitur. Est & altera

Liseron off. Volu

clematis, quę viticulosum emittit ramulū, ru-

bescentem, lentum: folium gustu admodum acre, ac exulcerans. repit per arbores, vt smilax. Aeg. Huius fructus cũ aqua potus pituitã & bilem per inferiora educit. folia ad lepras arcendas illinuntur.

bilis maior. & Cãpanella

κλημα-τὶς τρίτη

CLEMATIS tertia Plinio recensetur, cẽtũculus Italis appellata, rostratis foliis ad similitudinem capitis penularum iacẽs, in aruis. Est eius egregius, effectus, ad sistendam aluum in vino austero. Idem sanguinẽ sistit cũ oxymelite, aut aqua calida. sic & ad secundas mulierum efficax. (Idem ferè gnaphalij effectus est, qnod Romanis similiter centunculus appellatur, hinc fit vt quid differãt addubitem.

CLINOPODION frutex est foliis serpyllo similis, surculosus, duûm dodrantum altitudine. nascitur in petrosis. flores matrubij modo, ex interuallis distincti speciem lecti pedum præbent. Aegin. Vis eius est calida siccáque, nondum vero adurens, sed tertij ferè ordinis.

κλινοπόδιον.

Forte q̃ vulgo orbiculata, quã offi. montanũ pulegiũ

CLYMENVM caulem fert fabæ, quadratum: folia plantaginis, folliculis supra caulem in sese inflexis, vt in polyporum cirrhis. Probatissimum est è montibus. Succus ex herba tota cum radice exprimitur refrigerans, & omnes fluidas affectiones astringens. (Galenus & Aegineta indictam reliquerunt.)

κλύμενον.

Sigeia offi. Cypria ou saponalis

κνῖκος, vel κνῆκος. off. carta mus

CNICVS foliis constat oblongis, per ambitũ diuisis, asperis, spinosis, caule sesquipedali, capitulo magnitudine grãdis oliuę: flore croci: semine candido, alioqui rufo, longo angulo so. Huius flore in obsoniis vtuntur. Aeg. Cnici semine ad purgandã aluũ duntaxat vtimur. Si quis extrinsecus eo vtatur, tertij calefacientium ordinis erit.

κόκκος βαφικός. Escarlate offic. grana tinctorũ. narb. vermillõ

COCCVM quo infectores vtũtur, frutex est surculosus, paruus. cui grana ceu létes adhærent, quæ electa congeruntur. Optimum gignitur in Galatia & Armenia, deinde Asia & Cilicia: vltimum ex omnibus Hispanicũ. Nascitur quoque in Cilicia, è quercubus, cochlearum exiliũ similitudine, quod illius regionis mulieres ore legunt, & coccum vocitant. Aeg. Granum tinctorium leniter siccat, vnde magnis vulneribus, & neruorum itidem cum aceto, aut oxymelite lęuigatum cõmodé imponitur.

κωδιάμινον.

CODIAMINVM bis anno, vere & autumno emicat, ęstates hyemésq; fugit. Vocát & codianum bulbum syluestem interpretantes, & codion eius florem.

κόϊξ.

COIX Theoprasto folio arũdinis, angulari, ad nexus vtilis, à quo fiscellæ genus Atticæ coix, vt inquit Pollux, apud Dores Cois. fit & mentio de coicinis textis apud Strabonem.

κολχικόν

COLCHICON, aliqui ephemeron, sunt

qui agrestem bulbum vocant, autumni exitu florem edit croci, candicantem: ab eo tempore, folia bulbi, sed pinguiora: caulem palmo altum, ferentem rufum semen: radicē foris è nigra rufescentem, quę detracta, candida & mollis spectatur, lacteo succo madet, atque gustatu dulcis inuenitur. bulb⁹ eius mediam habet rimam, fissuramque, qua flos erūpit, plurimum in Messenia, & Colchis enascitur. Ea comesa, fungorum more, strangulando enecat. Hanc autē depinximus, ne à quoquam imprudēter pro bulbo deuoretur: mirum enim in modum saporis voluptate imperitos allicit. Remedio sunt eadem quę fungis. bubulum etiam lac potū auxiliatur. itaq; cum adfuerit, non aliud desideratur auxiliū. (Aegineta nihil adiecit quàm eius alexipharmaca.

Caninca. officihermodactyli.

COLYCEA arbor circa Idam prouenit, alioqui rara inuentu, fruticosa, ramosáq;, & multis alis concaua. folio vlmi, longiore, satis ad latifoliæ laurus accedēte, sed ampliusculo & rotundiore, suprà viridi, infra cano, neruosóq; præ tenuibus neruulis fibrísq;, de medio callo in costarum speciem adductis. materiæ solida, cortice non læui & quasi vitigineo vestitur. Radicibus per summa gracilibus, & solutis, cæterum fibratis, & mirum in modum flauis. Sterilis & flore vidua, surculos tamen gemmásque circa folia pingues;

κολυκία

læues, candidos, améntâcea facie fundit. Præcisa, vel ignibus exusta, ab imis rediuiua resurgit.

COLYCEA alia est apud Theophrastum, folio salicis, comosa, ramosa, in totumque ampla', valuulis leguminum more non angustis, in quibus semen latum, paruum, durum non nimis, nec abundè pro magnitudinis ratione frutificat. (Hanc aliqui Plinio staphylodendrum dici existimāt, de qua suo loco.

κολυτία Baguenaudier. COLVTEA Liparæ peculiaris à Theophrasto traditur. Arbor magnitudine præstās fructum ferens in siliqua, magnitudine lentis, qui mirum in modum oues saginet. Nascitur semine & fimo præcipuè ouillo. Serédi tempus, cum arcturus occidit. Mādari solo debet præmaceratū, cum iam in aqua germinare cœperit. foliū mittit fœnogræco nō absimile. Arbor primū vnicaulis emicat, trina cōcidendis scipionibus & baculis idonea. Si quis nimis decurtauerit mox emoritur, quippe quæ lateribus haud quaquā fruticet: spargitur deinde in ramos, quadrina prorsus abhorrescit. (Si hęc arbor est quā Mauritani Sene vocant, siliquosus eius fructus denarii pōdusculo potus pituitam & bilem deiicit. Retorridā atramq; bilem earúmq; suffusiones ex gallinaceo iure depellit. Vetusto capitis dolori, scabiei, comitialibus, impetigini

succurrit. Sed ius potius feruefacti, quàm triti farina ꝓpinatur. pulueris modo drachma, in decocto semuncia. interaneorum obstructiones explicat. (Actuarius.)

COMBRETVM baccari simillimũ traditur, nisi quod procerius est, foliorum exilitate vsque in fila extenuata. Hoc totum cũ axungia vulnera mirificè sanare.

COLOCYNTHIS sarmenta foliáq; satiui cucumeris emittit, per terram repẽtia, diuisa, fructum in speciem mediocris pilæ conglomeratum, vehementer amarum: quem legere oportet, cum cœperit in pallidum colorem permutari. Aegineta, Cucurbita syluestris validã purgandi vim obtinet: viridis ipsius succus infricatus coxendicum doloribus auxiliatur. κολοκυνθίς. cologn[te]

CONYZAE duo genera. quæ parua vocatur, odore præstantior est. maior verò fruticе altior & foliis latioribus, graui odore. vtriusq; folia oliuæ similia, hirsuta, pinguia. in maiore caulis binûm cubitorum altitudine attollitur, in minore pedem ęquat flos fragilis, lutei aut fului coloris, qui in pappum abi, tradices superuacuę. Est & tertium conyzæ genus, caule crassiore, ac molliore: foliis quàm paruæ maiusculis, minimè pinguis, & maiore minor, multo grauioris odoris & iniucundioris, sed inefficacior. Prouenit locis riguis. Aegineta, Conyza vtraque Cal. sic. 3. κόνυζα. chasse puce ou cimicaria.

Hinc etiam oleum in quo decoquitur rigores febrium circuitu remeantes discutit. Flores idem præstant, quorum decoctum mẽses citat, & fœtus extrahit. De tertia non aliud tradit quàm Dioscorides.

Esponge de riuiere ou tofse musc. CONFERVAM appellant à conferruminando, spongiam aquarũ dulcium verius quàm muscum aut herbam, villosæ densitatis atq; fistulosæ. Frequens est in Alpinis fluminibus. Hanc præsentaneum esse remediũ ad ossa confracta Plinius est author.

διάπυρον Pulmonaria Vegetii esse videtur. Pomelee ou patte de lion. CONSILIGO ætate plinii herba in Marsis reperta. Nascitur & Aequicolis circum vicum Neruesiæ. Radix eius suum & pecorum omnium remedium pręsens est, pulmonum vitio, vel traiecta tantum in auricula. Bibi debet ex aqua, haberíq; in ore assidue sub lingua. Superficies huius herbæ an esset in aliquo vsu, Plinio fuit incertũ. Columella aduersus pestilentiã ingruentem gregi præsens remediũ huius radiculæ vsum cognouit. Cõsiligně mulomedicis pulmonariam dici cõpisse testatur Vegetius.

off. volubilis. du liset, ou de la veillere, ou herbe aux clo- CONVOLVOLI herbæ nascentis per fruteta nullo odore flos est, nec crocis intus candorem tantum referens, ac veluti naturæ rudimentum lilia facere condiscentis.

CVNILAGO siue cunila mascula, odoris est fœdi, radicis lignosę, folio aspero. Tradunt manipulo eius abiecto omnes etiam à

tota domo blattas conuenire ad eam.

CORIANDRVM aut corianum vulgaris est notitiæ. Aeg. Ex contrariis viribus cõpositum est, tenuis substantiæ, terrenæ, amaræ, aquosæque humiditatis tepidæ particeps. Habet modicã vim astringendi, quapropter inflammationibus, erysipelatis nõ admodũ feruentibus cõuenit. Tumores molliusculos cum aliquo in idem efficaci, discutit. Semen modicè quidem cum passo bibitum, lumbricos pellit, libeberalius autem sumptum mentem tentat.

ches ou des clochettes. Herbe en censiere. κόριον. coriãdre

CORIS, quod aliqui hypericon vocant, frutex est folio ericæ, rubro, pinguiore, ac minore, non altior dodrante, suauis, odoratus, acris. Aegineta, Semen eius ad vrinam & menses ciendos bibitur. Succurrit & phalangiorum morsibus, item ad opisthototon cũ oleo inungitur.

κόρις. Millepertuis, ou herbe S. Iehan.

CORNVS dura arbor est, baccas ferens oliuæ modo oblongas, quæ primum virent, dein per maturitatem rubescunt, aut ceræ colorem repræsentant. Muria, vt oliuæ, condiũtur. Sanies quam virentia folia torrendo resudarunt, impetigini conuenienter illinitur. Aeg. Corni fructus acerbus, si edatur, validè vẽtrem astringit. Folia autem & germina acerbitate vehementer siccant, adeò vt maximis durorum corporũ vulneribus glutinandis sint.

κρανεία. Cormier ou cornier.

κορωνό-πους. Capriole ou sanguinaire, ou dent au chien.

CORONOPVS oblonga herbula est, per terram repens, fissis foliis. coquitur in olere, radicem habet tenuem, abstringentem, quæ in cibo cœliacis facit. Prouenit in aggeribus, & locis incultis, & secus vias. Idem apud Paulum nisi quod κολικοὺς pro κοιλιακοὺς perperam legitur.

κόστος. Du coq. ou herbe de nostre Dame.

COSTVS præcellit Arabicus, candidus, leuis, eximia odoris suauitate. Secundū locum sibi vendicat Indicus, leuis, vber, vt ferula niger. Tertius est Syriacus, grauis, colore buxeus, & odore feriens. Optimus est recens, albus, abundè plenus, densus, aridus, à teredinibus non erosus, sine graueolentia, gustu calidus ac mordens. Sunt qui admistis helenii comageni præduris radicibus, adulterent. quod deprehensu facile est. siquidem neque gustu feruet helenium, neque validum odorem vibrat, vt caput tentare possit. Aegineta, Costus modicum quidem amaritudinis, plurimum verò acris & calidæ qualitatis habet, idoneus si quam sit opus particulā calfacere, vel ex alto in summa humorem aliquem elicere. Vrinam & menses ducit, lumbricos enecat. Quum verò & flatulenti cuiusdam particeps sit, venerem cum mulso potus stimulat. Coxendicum doloribus, resolutis, febrium rigoribus ante accessiones, cum oleo infricatus, conducit.

COTONEA mala & struthia frigido ac terrestri donata temperamento, ventrem sup primunt, vulnera glutinant. Aeg. κυδώνιό. Coins.

CRATAEOGONVM, siue vt aliis placet, cratægonon, foliis melampyro simile est, multis calamis ex vna radice emicantibus, multorúmque geniculorum. semine milii. nascitur in opacis & frutetosis, summopere acre. Eadem apud Paulum, sed frigidum semen esse adiicitur, corrupta, ni fallor, lectione: aliter enim apud Galenum legitur. κραταιόγονος. Curage

CRITHMVM, seu potius, vt aliqui, crithamon, fruticosa & vndique foliosa herbula est, cubiti altitudinem ferè petens. Nascitur in maritimis, & petrosis: foliis pinguibus numerosis, albicantibus, veluti portulacæ, latioribus, & longioribus, salso gustu. flores candidi sunt, & semen, ceu rorismarini, odoratum, molle, rotũdum, quod siccatum rumpitur. habet intus tritici modo nucleum: radices digiti crassitudine tres aut quatuor, grati odoris & iucundi. estur crudum coctúmve in olere. seruatur etiam in muria. Aegineta, Crethmon salsum est simul & amarum, sed modicè, quare & vis ipsius est abstersoria & desiccans. κρίθμος.

CROCODILION chamæleontis nigri figuram habet. Nascitur in syluosis, radice longa, læui, aliquantum lata, odore, vt κροκοδίλιον. Sẽblable a carline

Quintum genus, odore nares feriens, subrufum, & cortice fuluæ casiæ simile, tangenti firmum, minus neruosum, densa radice firmatum. Iis quæ thuris, casiæ, myrti, aut amomi odorem spirant, minus suauitatis inest. Deligito scabrum, album, rugosum. at læue, lignosum circa radicem, vt inutile, reiicito. Est etiamnum simile aliud, cui pseudocinnamomo cognomẽ est, vile inualidi odoris, solutarúmque virium. Vocatur etiam Zingiber, cum tamen sit xylocinnamomum, præbens quãdam cinnamomi faciem. Est autem lignosum cinnamomum, sarmenta longa robustáq; ferens, odore longe cinnamomo inferiore. Sunt qui xylocinnamomum, à cinnamomo genere differre dicant, quod à natura eius abhorreat. Est & quoddã cinnamomũ, quod aliqui pseudocinnamomum appellãt, perquàm denso atque crasso sarmento, longè tamẽ inualidius cinnamomo, & odore & gustu. Aeg. Cinnamomi vis est summè tenuis, non item æquè calida, sed tertij ordinis, nihil autem ex iis quæ parem ipsi calorem referũt adeò siccat, propter substantiæ tenuitatem. Cinnamomis autem vel pseudocinnamomum veluti inualidum quoddam cinnamomum est.

Langue de chien — CYNOCEPHALAEA eadem potest videri antirrhino, vt mihi quidem videtur.)

CYNIA aut cynocrambe, cauliculum binûm dodrantum altitudine emittit, mollem, subalbidum: folia mercuriali aut hederę simi lia, certis interstitiis subalbida. semen foliis adhęret. paruum, rotundum. Folia cum cauli bus pota, aluum cient, oleribus commendantur. Ius decocti & pituitā & bilem aquamq; detrahit.

κυνο-κράμβη. off. sylue stris atriplex

CYNOGLOSSON folia latifoliæ plantaginis habet, arctiora, minora, lanuginosa: caule vacat, & humi sternitur. prouenit in sabuletis. Contrita eius folia cum vetere suillo adipe, rabidorum canū morsibus, alopeciis & ambustis medentur. Herba cocta & cū vino pota, aluum mollit.

κυνόγλωσσον. Non est hęc lingua canis herbariorum

CYPIRVS, quem aliqui erysisceptrū, vt aspalathū appellāt, folia fert porraceis proxima, sed longiora & exiliora: caulem odorati iunci, cubitalem aut maiorē, angulosum in cuius cacumine minuta folia cum semine exoriuntur: radices, quarum in medicina est vsus, cohærentes inter se, oleis oblongis similes, aut rotundæ, nigro colore, suaui odore, amaro gustu. In lacunosis, palustribus & cultis enascitur. Optima est grauissima, densa, fractu contumax, plena & aspera, odoris cum quadam acrimonia iucundi, qualis est Cilicia, Syriaca, & quæ à Cycladibus insulis petitur.

κύπειρος. Souchet ou ionc blanc en bas, noir par hault

κύπαρος ἰνδική. Aliud CYPIRI genus tradunt in India nasci, gingiberis effigie, quod manducatum crocivm reddit, gustu amaro sentitur, & illitum præsentem psilothri vim exhibet. Aeg. Iuncus angulosus calfacit siccátq; citra morsum, hinc etiam humidioribus vlceribus cicatricem mirabiliter inducit, ac oris vlcera persanat: habet & vim quandam incisoriam, qua calculos comminuit, vriná & menstrua promouet.

κύπρος, Troisne. CYPRVS arbor est oliuæ foliis circum ramos, latioribus, mollioribus, & virentiori bus, flore candido, muscoso, odorato, semine sambuci, nigro. Optimum nascitur in Canope & Ascalone. Aegin. Cypri folia & surculi mixtis constant viribus, discutiēte & astrictoria, tum ea quæ sine offendiculo & morsu siccet: ideoq; decoctum ipsorū ambustis superfusum prodest, ac igneis inflammationibus congruit. Itē oris eruptiones, aphthas vocāt, ipsa arbor commāducata persanat: item medicinis lieni dicatis miscetur.

κιρκαία. CIRCAEA, quam & dircæam aliqui vocant, foliis est hortensis solani, agnatis crebris: flore nigro, pusillo, copioso: semine milij, nascente in quibusdam veluti corniculis: dodrantali radice, triplici ferme, aut quadruplici, candida, odorata, excalfaciente. Nascitur in apricis, saxis, & vento perflatis. Aegin. Eius radix calida est, & odorata, quę cum vi-

no pota fœminarum locos purgat: semen in sorbitione sumptum lac generat.

CIRSIVM, caulis est tener, duorũ cubitorum, triãgulo similis: ab imo foliola, rosæ speciem referentia: anguli spinosi, per interualla molles: folia buglosso similia, maiora, subcãdida, modicè hirsuta, partibus extremis aculeata: cacumen caulis orbiculatũ, hispidum, in quo capitula purpurea, quæ soluuntur in lanugines. Radicem huius loco laboranti adalligatam, dolores varicum sedare Andreas scripsit. (Aeg. non meminit. κίρσιον off. ligua bouis

CISTVS, quem aliqui citharon, aut cissaron vocant, ramosus frutex est sed improcerus, foliosus, saxosis locis nascens, foliis rotundis, acerbis, hirsutis. flos masculo vt mali punicæ, fœminæ albet. Hypocistis, erythranon, aut cytinus à nonnullis cognominata, iuxta cisti radices nascitur, floris punici similitudine. quædam flaua, altera virens, tertia candida. Liquatur acacię modo. aliqui tamẽ exiccant, fractámque macerant, & incoquũt, reliquáque, vt in Lycio prosequuntur. Aegineta, Frutex est astringẽs, & modicè frigidus virtute: folia ipsius & germina adeò siccant, vt etiam vulnera conglutinent: at flores cum in secundo ferè gradu sicciores sint, intestinorum torminibus, aliisque fluidis vitiis accommodati sunt: extrinsecus illiti putrida vlcera compescunt. κισσὸς De garicles

κύτισος. Grand treufle — CYTISVS, frutex est albus in totum, vt rhamnus, ramos spargẽs cubito longiores, in quibus folia fœnigræci, aut loti trifoliæ, minora, dorso medio prominente. ea digitis trita erucam olent, gustatáque cicer sapiunt. Folia refrigerãt. tumores inter initia discutiũt, si cum pane trita illinantur, decoctum potu vrinam ciet. Nonnulli, quod apes alliciat, prope alueana ferunt. Aegineta, Folia discutientis leniter & tepide nostræ sunt quemad modum & maluæ.

κίτρον. Citron — CITRII medium acidum, aut qualitatis expers, in quo semen est, tertij refrigerantium siccantiúmque ordinis habetur. Cortex in secundo quidem abscessu siccat, sed non item refrigerat, acri virtute prędıtus. Caro ipsius crassi succi est, pituitæ generandæ apta & frigidæ, semen digerit & sic. 2. Folia arboris siccandi discutiendíque vim repræsentãt. Aegineta.

κλημα-τίς. Peruẽca — CLEMATIS humi serpit, læto, pinguíq; solo prouenit, viticulas spargens crassitudine iunci, exiguas: folia lauri figura & colore, multo minora. Gignitur in terrenis. Aeg. Appellatur & daphnoides, myosinoides, polygonoides. Siccãdi virtute pollet, qua fluores alui quã diarrhœam dicunt, intestinorũ tormina, & dentium dolores finit. Cõtra venenatorũ morsus recte imponitur. Est & altera clematis, quę viticulosum emittit ramulũ, ru-

Liseron off. Volu

besſcentem, lentum: folium guſtu admodum acre, ac exulcerans. repit per arbores, vt ſmilax. Aeg. Huius fructus cũ aqua potus pituitã & bilem per inferiora educit. folia ad lepras arcendas illinuntur.

bilis maior. & Cã panella

CLEMATIS tertia Plinio recenſetur, cẽtũculus Italis appellata, roſtratis foliis ad ſimilitudinem capitis penularum iacẽs, in aruis. Eſt eius egregius, effectus, ad ſiſtendam aluum in vino auſtero. Idem ſanguinẽ ſiſtit cũ oxymelite, aut aqua calida. ſic & ad ſecundas mulierum efficax. (Idem ferè gnaphalij effectus eſt, qnod Romanis ſimiliter centunculus appellatur, hinc fit vt quid differãt addubitem.

κλημα· τίςτείτα

CLINOPODION frutex eſt foliis ſerpyllo ſimilis, ſurculoſus, duûm dodrantum altitudine. naſcitur in petroſis. flores matrubij modo, ex interuallis diſtincti ſpeciem lecti pedum præbent. Aegin. Vis eius eſt calida ſiccáque, nondum vero adurens, ſed tertij ferè ordinis.

κλινοπόδιον. Forte q̃ vulgo orbiculata, quã offi. montanũ pulegiũ

CLYMENVM caulem fert fabæ, quadratum : folia plantaginis, folliculis ſupra caulem in ſeſe inflexis, vt in polyporum cirrhis. Probatiſſimum eſt è montibus. Succus ex herba tota cum radice exprimitur refrigerans, & omnes fluidas affectiones aſtringens. (Galenus & Aegineta indictam reliquerunt.)

κλύμενον. Sigeia offi. Cypria ou ſaponalis

qui agrestem bulbum vocant, autumni exitu florem edit croci, candicantem: ab eo tempore, folia bulbi, sed pinguiora: caulem palmo altum, ferentem rufum semen: radicê foris è nigra rufescentem, quę delibrata, candida & mollis spectatur, lacteo succo madet, atque gustatu dulcis inuenitur. bulb9 eius mediam habet rimam, fissuramque, qua flos erũpit, plurimum in Messenia, & Colchis enascitur. Ea comesa, fungorum more, strangulando enecat. Hanc autẽ depinximus, ne à quoquam imprudẽter pro bulbo deuoretur: mirum enim in modum saporis voluptate imperitos allicit. Remedio sunt eadem quę fungis. bubulum etiam lac potũ auxiliatur. itaq; cum adfuerit, non aliud desideratur auxiliũ. (Aegineta nihil adiecit quàm eius alexipharmaca.

Caninca. officihermodactyli.

COLYCEA arbor circa Idam prouenit, alioqui rara inuentu, fruticosa, ramosáq;, & multis aliis concaua. folio vlmi, longiore, satis ad latifoliæ laurus accedẽte, sed ampliusculo & rotundiore, suprà viridi, infra cano, neruosoq; præ tenuibus neruulis fibrísq;, de medio callo in costarum speciem adductis. materiæ solida, cortice non læui & quasi vitigineo vestitur. Radicibus per summa gracilibus, & solutis, cæterum fibratis, & mirum in modum flauis. Sterilis & flore vidua, surculos tamen gemmásque circa folia pingues,

κολυκία

læues, candidos, amentácea facie fundit. Præcisa, vel ignibus exusta, ab imis rediuiua resurgit.

COLYCEA alia est apud Theophrastum, folio salicis, comosa, ramosa, in totumque ampla, valuulis leguminum more non angustis, in quibus semen latum, paruum, durum non nimis, nec abundè pro magnitudinis ratione frutificat. (Hanc aliqui Plinio staphylodendrum dici existimât, de qua suo loco.

κολυτέα Baguenaudier. COLVTEA Liparæ peculiaris à Theophrasto traditur. Arbor magnitudine prestãs fructum ferens in siliqua, magnitudine lentis, qui mirum in modum oues saginet. Nascitur semine & fimo præcipuè ouillo. Serẽdi tempus, cum arcturus occidit. Mãdari solo debet præmaceratũ, cum iam in aqua germinare cœperit. foliũ mittit fœnogræco nõ absimile. Arbor primũ vnicaulis emicat, trina cõcidendis scipionibus & baculis idonea. Si quis nimis decurtauerit mox emoritur, quippe quæ lateribus haud quaquã fruticet: spargitur deinde in ramos, quadrina prorsus abhorrescit. (Si hęc arbor est quã Mauritani Sene vocant, siliquosus eius fructus denarii põdusculo potus pituitam & bilem deiicit. Retorridã atramq; bilem earúmq; suffusiones ex gallinaceo iure depellit. Vetusto capitis dolori, scabiei, comitialibus, impetigini

succurrit. Sed ius potius feruefacti, quàm tri-
ti farina ꝓpinatur. pulueris modo drachma,
in decocto semuncia. interaneorum obstru-
ctiones explicat. (Actuarius.)

COMBRETUM baccari simillimũ tra-
ditur, nisi quod procerius est, foliorum exi-
litate vsque in fila extenuata. Hoc totum cũ
axungia vulnera mirificè sanare.

COLOCYNTHIS sarmenta foliáq; sa- κολοκυν-
tiui cucumeris emittit, per terram repẽtia, di- θίς.
uisa, fructum in speciem mediocris pilæ con cologute
glomeratum, vehementer amarum: quem le-
gere oportet, cum cœperit in pallidum colo
rem permutari. Aegineta, Cucurbita sylue-
stris validã purgandi vim obtinet: viridis ip-
sius succus infricatus coxendicum doloribus
auxiliatur.

CONYZAE duo genera. quæ parua vo- κόνυζα.
catur, odore præstantior est. maior verò fru- chasse pu
tice altior & foliis latioribus, graui odore. ce ou ci-
vtriusq; folia oliuæ similia, hirsuta, pinguia. micaria.
in maiore caulis binûm cubitorum altitudi-
ne attollitur, in minore pedem ęquat flos fra
gilis, lutei aut fului coloris, qui in pappum
abi, radices superuacuę. Est & tertium cony
zæ genus, caule crassiore, ac molliore: foliis
quàm paruæ maiusculis, minimè pinguis, &
maiore minor, multo grauioris odoris & in-
iucundioris, sed inefficacior. Prouenit locis
riguis. Aegineta, Conyza vtraque Cal. sic. 3.

tota domo blattas conuenire ad eam.

CORIANDRVM aut corianum vulgaris est notitiæ. Aeg. Ex contrariis viribus cõpositum est, tenuis substantiæ, terrenæ, amarę, aquosæque humiditatis tepidæ particeps. Habet modicã vim astringendi, quapropter inflammationibus, erysipelatis nõ admodũ feruentibus cõuenit. Tumores molliusculos cum aliquo in idem efficaci, discutit. Semen modicè quidem cum passo bibitum, lumbricos pellit, libeberalius autem sumptum mentem tentat.

ches ou des clochettes. Herbe en censiere. κόριον. coriãdre

CORIS, quod aliqui hypericon vocant, frutex est folio ericæ, rubro, pinguiore, ac minore, non altior dodrante, suauis, odoratus, acris. Aegineta, Semen eius ad vrinam & menses ciendos bibitur. Succurrit & phalangiorum morsibus, item ad opisthototon cũ oleo inurgitur.

κόρις. Millepertuis, ou herbe S. Iehan.

CORNVS dura arbor est, baccas ferens oliuæ modo oblongas, quæ primum virent, dein per maturitatem rubescunt, aut ceræ colorem repræsentant. Muria, vt oliuæ, condiũtur. Sanies quam virentia folia torrendo resudarunt, impetigini conuenienter illinitur. Aeg. Corni fructus acerbus, si edatur, validè vẽtrem astringit. Folia autem & germina acerbitate vehementer siccant, adeò vt maximis durorum corporũ vulneribus glutinandis sint.

κρανεία Cormier ou cornier.

κορωνόπυς. Capriole ou sanguinaire, ou dent au chien.

CORONOPUS oblonga herbula est, per terram repens, fissis foliis. coquitur in olere, radicem habet tenuem, abstringentem, quæ in cibo cœliacis facit. Prouenit in aggeribus, & locis incultis, & secus vias. Idem apud Paulum nisi quod κολικούς pro κοιλιακούς perperam legitur.

κόστος. Du coq. ou herbe de nostre Dame.

COSTUS præcellit Arabicus, candidus, leuis, eximia odoris suauitate. Secundũ locum sibi vendicat Indicus, leuis, vber, vt ferula niger. Tertius est Syriacus, grauis, colore buxeus, & odore feriens. Optimus est recens, albus, abundè plenus, densus, aridus, à teredinibus non erosus, sine graueolentia, gustu calidus ac mordens. Sunt qui admistis helenii comageni prædurls radicibus, adulterent. quod deprehensu facile est. siquidem neque gustu feruet helenium, neque validum odorem vibrat, vt caput tentare possit. Aegineta, Costus modicum quidem amaritudinis, plurimum verò acris & calidæ qualitatis habet, idoneus si quam sit opus particulá calfacere, vel ex alto in summa humorem aliquem elicere. Vrinam & menses ducit, lumbricos enecat. Quum verò & flatulenti cuiusdam particeps sit, venerem cum mulso potus stimulat. Coxendicum doloribus, resolutis, febrium rigoribus ante accessiones, cum oleo infricatus, conducit.

COTONEA mala & struthia frigido ac terrestri donata temperamento, ventrem supprimunt, vulnera glutinant. Aeg. κυδώνιο. Coins.

CRATAEOGONVM, siue vt aliis placet, cratægonon, foliis melampyro simile est, multis calamis ex vna radice emicantibus, multorúmque geniculorum. semine milii. nascitur in opacis & frutetosis, summopere acre. Eadem apud Paulum, sed frigidum semen esse adiicitur, corrupta, ni fallor, lectione: aliter enim apud Galenum legitur. κρατταιόγονος. Curage

CRITHMVM, seu potius, vt aliqui, crithamon, fruticosa & vndique foliosa herbula est, cubiti altitudinem ferè petens. Nascitur in maritimis, & petrosis: foliis pinguibus numerosis, albicantibus, veluti portulacæ, latioribus, & longioribus, salso gustu. flores candidi sunt, & semen, ceu rorismarini, odoratum, molle, rotũdum, quod siccatum rumpitur. habet intus tritici modo nucleum: radices digiti crassitudine tres aut quatuor, grati odoris & iucundi. estur crudum coctúmve in olere. seruatur etiam in muria. Aegineta, Crethmon salsum est simul & amarum, sed modicè, quare & vis ipsius est abstersoria & desiccans. κρίθμος.

CROCODILION chamæleontis nigri figuram habet. Nascitur in syluosis, radice longa, læui, aliquantum lata, odore, vt κροκοδίλιον. Sẽblable a carline

nasturtii, acuto. Semē ei rotundum inest, duplex vti scutum. Aegineta, Semē & succus calidam, siccam, & discutientem vim præ se ferunt, vrinas itaque & mēses mouent. Radix excreationes è pectore iuuat, item sanguinē per nares ducit.

κρόκος. Safran. CROCVM, optimū in medendi vsu Coryceum, recens, & boni coloris, paulum candidi gerēs in capreolo, oblongum, omnibus suis partibus constans, non fragile, plenum, à quo detractum est nihil, quod madefactū manus inficit, nec situm redolet, aut cariem sentit, subacre: sin huius generis non est, aut vetus, aut humore perfusum creditur. Secundus locus datur Coryceo, è tractu Lyciæ cōtermino. Tertius Lycio è monte Olympo. dein ex Aegibus Aetoliæ. Cyrenaicū & Centuripinū in Sicilica omnia viribus infirmius est. Omnium natura oleracea. Itali tamē ob succi copiam, & coloris venustatem, tingendis mortariis dicauerūt, quibus de causis magno venditur. Vtilissimū in medicina quod ante descripsimus. Adulteratur immisto crocomagmate tuso, atque etiam sapæ sublitu: contrita, quò pondus adiiciatur, simul argēti spuma, aut blumbagine. sed maleficium declarat insidens puluis, præsertim si defrutum in odorando subolet. Aeg. Crocus Cal. 2. sic. 1. astringit & concoquit.

CROTON, quære Ricinus.

CVCVRBITA

CVCVRBITA humidi frigidíq; in secundo abscessu temperamenti est, vnde tota si imponatur, calidas refrigerat inflammationes. κολοκύνθη Courge, ou cohourde.

CVCVMIS esculentus quidē viridis refrigerat humectátq; in 2. ordine, caro ipsius feruidas solatur inflammationes. Semen abstergendi incidendíq; virtute prędítum, vrinas mouet, & corpus nitidum efficit. Aridus siccat in 1. ordine, vehemētiúsque abstergit, & semen, & radix. σίκυος. Cōcōbre

CVCVMIS syluestris fructu solo distat à satiuo cucumere, quem longè minorem parit, oblongis glandibus non dissimilem. folia atque sarmenta satiui refert: radice candida, magna. nascitur in sabuletis, & ruderib⁹, frutice in totum amaro. E fructu huiusce cucumeris, fit medicamētum quod elateriū vocatur, ad hunc modum: Decerpti cucumeres, qui tacti protinus exiliunt, seruantur nocte vna: postridie imposito supra craterem rariore cribro, vtrisque manibus pręhensi, sigillatim supino cultro, sursum versus aciem habente, finduntur, atque per cribrum humor in subiectum vas exprimitur, simúlque carnosum quod hæsit cribro, quò facilius excidat, eliditur. quod ita pressum est, residere sinitur, atque in vicinam peluim demittitur. coaceruata autem in cribro segmina, dulci aqua perfunduntur, & denuò pressa abiici- σίκυος ἄγριος. Erraticus ἐλατήριον.

untur. humor in pelui agitatur, & linteo opertus, soli exponitur. dumque steterit, tota supernatans aqua cum humore concreto, effunditur. hoc verò identidem fieri solet, donec existens aqua liquescat: qua stillatim exhausta, sedimentum mortario suscipitur, & conterendo cogitur in pastillos. Sunt qui ad hauriẽdam protinus succi abundantiam, cribratos cineris humi inspargant, & medium cauantes, triplicatum linteum obtẽdant, per quod elaterium cum sua humiditate diffundunt, siccatumque, in pila, vt dictum est, conterunt. Aliqui pro dulci aqua marinam perfundentes, ita eluunt. Alii in nouissima lotione, mulsam aquam respergunt. Elaterium optimũ esse constat, læue, non ponderosum, cum candore leniter humectum, gustu amarissimum, quódq; lucernarũ luminibus obiectum, facilè flagret. Porraceum tamen scabrumq;, si turbidum spectetur, atq; erui cinerisq; plenum sit, graue & vitiosum esse solet. Nec desunt qui cucumis succo amylum immisceant, vt candorẽ ipsum & lęuitatem imitentur. A bimatu ad decennium deiectionibus vtile est. Aegineta. Cucumeris syluatici radix detergit, dissipat, emollit. Succus siccandi vires habet, qui videlicet radice & foliis expressus elaterio similis, sed imbecillior est. Elateriũ autẽ cal. 2. menses prouocat. fœtus apposito propter summam amaritudinẽ

necat. euacuationẽ ex naribus cum lacte instillatum molitur. Clystere iniectum pituitã nonnunquam etiam sanguinem extrahit.

CVMINVM satiuum ori gratum est: sed multo magis Aethiopicum, quod Hippocrates regiũ appellauit. secundum locum tenet Aegyptium: reliqua sequuntur. Prouenit in Galatia, in Asia, Cilicia, & Terentia, & plerisque aliis tractibus. κύμινον. Cumin.

Syluestre CVMINVM, plurimum efficaciúsque in Lycia & Galatia, Asia, atq; Carthagine Hispaniæ gignitur: fruticẽ paruo: dodrantali caule, ac tenui, quaternis aut quinis foliis tenuibus, veluti serratis, & gingidii diuisura in cacumine capitula quina, aut sena habet, mollia, rotunda, in quibus est semẽ acerosum, gustu satiuo acriore. nascitur in collibus. Est & aliud syluestris cumini genus, satiuo non dissimile, quod à singulis floribus pensilia promit cornicula, in quibus semen est melanthio simile: quod potum omniũ serpentium morsibus præsidio est. calculosis & iis qui vrinæ stillicidio vexantur, aut concretum sanguinem cum lotio reddunt, auxiliatur. sed apii semen feruefactum postea bibẽdum est. Aegineta: Cyminũ calefacit tertio. Vrinam mouet, flatus discutit. κύμινον ἄγριον. κυπάρισσος.

CVPRESSVS refrigerat & astringit. Aegineta: Cupressi galbuli & turiones siccãdi viribus pollent, nullo calore conspicuo: Cypres galle de cypres.

quapropter vulnera magna in duris corporibus conglutinant, & in flaccidis putridísque vlceribus in alto fixas humiditates citra noxam depascuntur, intestinorúmque ramicibus opitulantur.

Sariete, ou chendree saulvage, ou cunilage

CVNILA mollis ramis ac foliis, hispida lanugine obducitur, tritáque mellis habet odorem, digitis tactu eius cohærentibus.

D

Δαφνοειδής. Laureole

DAPHNOIDES cubiti altitudine fruticat, ramis flexilibus obsequiosisq́;, multis, inde sursum versus foliosis. cortex supra modum viscosus ramos vestit. folia lauri, graciliora, & molliora, fractu contumacia, quorum gustatu os & fauces incenduntur: flores candidi: bacca cum maturuit, nigra: radix inutilis. nascitur in montosis. Aëg. Laureola eiusdem facultatis est cum laure Alexandrina.

DAMASONION, quære Alisma.

δαῦκος. Carote sauluage ou panez

DAVCVM aliqui Daucium vocant. Creticũ foliis fœniculo simile, minoribus & tenuioribus: caule dodrantali: vmbella coriandri, flore albo: semine acri, candido, hirsuto, suauissimi odoris in mandendo. radix digitali crassitudine & dodrantis longitudine adolescit. in saxosis nascitur, & locis sole illustratis. Aliud eius genus, syluestri apio simile, acre, odoratum, aroma olens, feruẽtis gustus. Probatissimũ Creticum. Tertiũ assigna-

tur genus foliis coriandri, floribûs albis, capite & semine anethi, muscario pastinacæ: semine oblōgo, ceu cumini, acri. Aeg. Daucus qui & staphylinus dicitur, hortensis quidem radice flatulenta est, & venerē mouet itemq; semine. Syluestris autem semen minimè flatuosum est, sed vrinam & menses citat, vt & herba ipsa, inefficacius tamen. Sed hæc magis ad pastinacam Dioscoridis quàm daucū faciunt.

DELPHINIVM, surculos emittit à radice vna sesquipedales, aut maiores, à quibus folia exeunt parua, tenuia, diuisa, prǽlonga, quæ delphinorum effigiem repræsentant, vnde tractū nomen est. flos violæ albæ nō dissimilis, purpureus: & semen in siliquis, milio proximum, quo nō aliud vtilius bibi potest, ab scorpione percussis. Aiunt enim obiecta herba, scorpiones resolui, atque ignauos torpescere: semota verò ea, sese recolligere. Prouenit in asperis & apricis. Alterū est delphinium, quod Romani bucinum vocant, superiori simile, sed foliis & ramis longè gracilius. Viribus eisdem pollet, sed non ita efficacibus. (Non habetur apud Aeginetam.)

δελφίνιον. fili' ante patrē, aliis buccinaria.

DICTAMNVM, aliquibus syluestre pulegium vocatur. Cretensis herba est acris, leuis, pulegio similis, sed maioribus foliis, quæ tomento quodam spissaq; lanugine pubescunt, florem nullum aut semē profert.

δίκταμνος. Diptā ou gingēbre du iardin

ψευδοδί- Quod pseudodictamnum vocant, multis in
κταμνος. terris nascitur, antè dicto simile, sed minus quàm illud acre. Eosdem effectus præbet, sed inefficacius multo. Defertur à Creta alterum dictamni genus, foliis sisymbrii, ramis maioribus: in quibus flores syluestris origani, nigri, molles. odor foliorum inter sisymbrium & saluiam iucũdissimus. Efficax ad eadem, sed minus nares ferit. miscetur emplastris, & & medicaminibus quæ aduersus serpentium iniurias confinguntur, theriaca vocant. Aeg. Tenuius est partibus pulegio, cætera simile. imbecillius autẽ est pseudodictamnon.

διόσπυ- DIOSPYROS vel diosporos arbor
ρος. fructum habet ceraso similem, duro intus nucleo. Theophrast.

δίψακος. DIPSACVM aculeatarum generis est,
chardon caulem habet altum, spinis horridum, foliis
a foullon lactucæ, spinosis, binis, genicula singula cõplectentibus, prælongis, ceu quasdam bullas intus & extra aculeatas, in dorsi medio habẽtibus, cõcauo alarum sinu, in quo imber aut ros asseruetur. vnde dipsaci, quasi sitiẽtis, nomen traxit. in cacumine caulis, singula surculis capitula insunt, oblonga, echinata spinis. quæ arefacta, candida spectantur, dissectáq; medulla tenus, vermiculos ostendunt. Aegineta: Huius spinæ radix siccat secundo, cum
δωδεκά- aliqua abstergendi vi.
θεος. DODECATHEO folia septem lactucis

ſimilia exeunt à radice lutea.in aquã potam omnibus morbis mederi tradunt, item malis quæ membratim ſentiuntur: neq; non iis quæ totis corporibus graſſantur.

Moly ho meri.

DORYCNION Crateuas halicacabon, aut calcã vocat.frutex oleę nuper prodeũtis, ſimilis.naſcitur in petris,non procul à mari, ramis cubito minoribus,foliis oleæ ſimilib⁹ colore, minuſculis, firmioribus præter modum ſcabris: flore candido: ſiliquis in cacumine,ceu ciceris denſis,rotũdis, quinis intus aut ſenis ſeminibus, exigui erui magnitudine, læuibus firmis, verſicoloribus, radix ad digiti craſſitudinem & cubiti longitudinem adoleſcit.id ſomniferum eſſe conſtat. Copioſius hauſtum mortẽ adfert. Nec defuere qui dicerent, ſemen in amatoria expeti.Aegineta,ſimile temperamẽto eſt papaueri & mandragoræ,immodicè refrigerãs. Quod ſi parcè ſumatur torporem inducit: copioſius, interimit.

δορύκνιον.

DRABA herba ad cubiti altitudinẽ aſſurgit,tenues ſpargens ramos,& ex vtroq; latere folia,ceu lepidii,ſed molliora,& cãdidiora in cacumine verè ſambuci vmbellam gerit,candidos flores habentem.Herba hęc cũ ptiſana coquitur, in Cappadocia maximè. ſemen aridum pro pipere obſoniis admiſcetur.(Aegineta prætериit.

δράβη. Draue ou cumin ſauluage

DRACVNCVLVS folio conſtat he-

δρακόντιον.

offi.ſerpē taria&co lubrina, aliis lin- guacerui

deraceo,magno,candidis notis inſigni: cau. le recto, bicubitali, verſicolore, maculis re- ſperſo purpureis, ita vt anguē planè referat, baculi craſsitudine. fructus ſummo caule ra- cematim cohæret,colore primum herbaceo. & cum ematuruit, croceo, guſtu feruens, mordáxque. radice aliquantulum rotunda, bulboſa,aro nō abſimili,tenui obducta cor- tice. Naſcitur in ſepibus vmbroſis. Aeg. Simi le quiddam aro habet,ſed eo acrius,amarius calidius,tenuiúſq; eſt,cū adſtrictione nōnul- la. Radix ipſius pota viſcera purgat,& perui caciū ſeu malignorum vlcerum excellentiſſi mum eſt remediū: ex æquo etiam folia,fru- ctus valentior eſt.

δρυόφο- νον. offi. myr tus nemo ralis,cuſi nes rura.

DRYOPHONVM olus ſylueſtre filiculā ſiue dryopterim ſpecie æmulatur,ramulis ſi- ue cauliculis tenuibus ſeſquipedalibus,quos circūdant vtrinq; folia,pollicari amplitudi- ne ruſco ſimilia, niſi quod teneriora ſunt & candidiora,flore ſambuci lacteo,ſemine gu- ſtu mordaci,vnde eo vice piperis vtūtur,co- quúntq;,cauliculos in cibis admodū gratos.

δρυόπτε- ρις Arborea oſmūdu- la.

DRYOPTERIS naſcitur in veterū ro- borum muſco,filici ſimilis,multo minore fo liorum inciſura:radicib⁹ inuicem implexis, hirſutis,guſtu acerbis, in dulcedinem vergē- tibus. Aeg. Dulcis, acris, & leniter amara eſt: cæterum vim habet exedentem,qua & pilos abolet.

DVLCIS radix plurima gignitur in Cappadocia & Ponto. fruticosa est ramis binûm cubitorũ altitudine assurgentibus: foliis lentisci, densis, pinguibus, tactúque gummosis: flore hyacinthi: fructu pilularũ platani magnitudinis, asperiore, qui siliquas lentiũ modo habet, rufas & paruas: radicibus longis, vt gentianæ, coloris buxei, subacerbis & dulcibus, quæ dẽsantur in succum, lycii exemplo. Aeg. Tepidi humidiq; temperamenti est, alicuius etiam astrictionis particeps, eoq; non modò fauces exasperatas læuigat, sed etiam vesicæ scabiei medetur: eadem sitim arcet.

γλυκυῤῥίζα. off. liguiritia rigolisse ou erculisse

E

EBENVS optima habetur ęthiopica & nigra, nullos habens venarum discursus, factitii cornus læuore. cũ frangitur densa apparet, mordens gustu, atq; astringens. suffitur iucundo odore supra carbones sine fumi tedio. recens autem ad ignem prolata, ob pinguitudinẽ accenditur, & trita ad cotẽ flauescit. Altera est indica, internatis segmentis candicantibus, & modicè fuluis, item frequẽtibus maculis. cæterũ prior bonitate antecedit. Apud quosdam sesamina, aut spinea ligna cõsimilia pro ebeno væneunt. quod discernitur ex eo, ꝙ fungosa sunt, & in purpureas assulas resoluũtur, nihil mordacitatis in gustu, nec redolentiæ in suffitu prȩferẽtia. Aeg. Ebeni ligni vis

ἔβενος. Euene

ſimiles,& ſemina eiuſdem: florẽ ſubluteum: radice ternum digitorum longitudinis & craſſitudinis vnius, candida, dulci, eſui apta. Caulis tener pro olere manditur. contra ſerpentium ictus datur ſemen in vino. Fama autem eſt, hoc pabulo, ceruas ſerpentium morſibus reſiſtere. Aegineta, Cal.ſic.2. Subſtantia eſt tenui.

ELATINE folia habet helxinę, minora, rotundiora, piloſa: dodrantalibus ramulis, quinis ſeniſve, à radice folioſis, guſtu aſtringentibus. naſcitur in ſegetibus & cultis. Aegineta, Mediocri eſt frigiditate, & aſtrictione donata. ἐλατίνη Capeſtro rapiſtrũ

ELEOSELINVM in humidis naſcitur, ſatiuo grandius, & ad eadem efficax. Aegineta, Paluſtre apium idem poteſt quod hortenſe. ἐλεοσέλινον. Egrun perſil

ELICHRYSON quidã chryſanthemon, nonnulli & id amaranton vocãt, quo deorũ ſimulacra coronant: ramulum habet candidum, virentem, rectum, firmum: folia intercedentibus ſpatiis anguſta, abrotono ſimilia: comam aureæ lucis, in orbem, vmbella rotũda veluti ſiccis corymbis dependentibus, radice tenui. naſcitur in aſperis, & torrentium alueis. Aeg. Eius coma cum vino pota vrinæ anguſtiis, ſerpentium morſibus, coxarum dolori, & ruptis accommodata eſt: menſes educit, ſanguinem coactũ ex mulſo pota ἑλίχρυσος. Chanoſũ maius

dissoluit, & destillationibus auxiliatur.

ἐμπίτρον Saxifraga.
EMPETRON aliqui phacoides vocant, nascitur in montibus, & maritimis, salso gustu. sed quo propius terreno fuerit, amarius sentitur. Aeg. Pituitam & bilẽ purgat. Est etiã salsum, quare absterſionibus accõmodatur. (Cognomen eius prassoides apud Paulũ legitur, non phacoides.)

ἐννεάφιλλον.
ENNEAPHYLON herba Plinio folia longa nouem habet, causticæ naturæ. in lumborũ doloribus, & coxendicum imponitur vtilissimè: continuò enim pustulas excitat.

ἐφήμερον. Musget
EPHEMERON, aliqui sylvestrem irin appellant, folia habet lilij, sed tenuiora: caulem parem, florem candidum, amarũ: semen molle: radicem vnam digitali crassitudine, longam, adstringentem, odoratam. nascitur in syluis & opacis. Aegineta. Mistæ potestatis est & repellentis, & discutientis per halitum. (Ephremeron venenosum in Colchico depingetur.)

ἐπιμήδιον. Epimedie
EPIMEDIVM, caulis est non magnus, hederæ foliis, denis atq; duodenis, neq; florẽ neque fructum ferẽs, radice tenui, nigra, graui odore, gustu fatuo. nascitur in humidis. Aeg. Virtus eius est mediocriter frigida cum humiditate aquosa: quod si illinatur, mammas rectas conseruat. dicitur etiam sterilitatẽ potu facere.

ἐπιπακτίς.
EPIPACTIS ab aliis helleborine, par-

uá herba, fruticosa, exiguis foliis. Iocinoris vitiis vtilis, & contra venena pota. Idẽ Aeg.

EPITHYMON, flos est è thymo durio- ἐπίθυμον re, satureiæ simili, capitula habet tenuia, & le uia, & in eis caudiculas, quasi capillamenta. plurimũ in Cappadocia, & Pamphylia gi- gnitur. Aeg. Gal. fic. 3. thymo efficacius. ἠπειρῶτα

EPIROTICA mala, quæ latinè orbicu- καμῆλλα lata dicuntur, stomacho vtilia, sistũt aluum, vrinas euocant, malis tamen cotoneis inua- lidiora. ἵππουρις.

EQVISETVM in riguis, & scrobibus na- Prela ou scitur. cauliculi prodeunt inanes, geniculati, cauda in se farcti, rubescẽtes, scabri, & iuncea circa equina eos folia, crebra, exilia. in sublime equisetũ attollitur, vicinos arborũ caudices scandens, obuolutúmq; depẽdet, comis multis, nigris, vt equorum cauda. radix lignosa, dura. Alte- rum equisetũ caulis est rectus, cubitalis, aut maior inanis. comis per interualla breuiori- bus, candidioribus & mollioribus. Id cũ ace- to tritũ vulneribus remedio est, eadémq; fun gitur facultate. Aeg. Hippuris astringentẽ cũ amaritudine facultatẽ possidet, eóq; valẽter simul & sine morsu desiccat. vulnera maxi- ma committit, intestinorum ramicibus opi- tulatur, & vitiis fluore infestantibus cũ vino pota medetur.

ERICA fruticosa arbor, myricæ similis, ἐρείκη longè minor. cuius flore apes reprobum mel Bruyre

efficiunt.tam flos quàm coma ſerpentiū ictibus illitu medetur. Aegineta, Vi pollet diſcutiente citra roſionem, flore ipſius potiſſimū & foliis vtendum.

ἠρύγγιον Centum capita.

ERYNGION aculeatarum generis eſt. Cuius folia in principio, ſale cōdita, in cibos recipiuntur. lata autem ſunt, & extremo ambitu aſpera, guſtu aromatica. Eryngio, cum adoleuerit, complures ramulorum ſtriæ rubēt, in quorū ſummitatibus globoſa capitula, durarum acutiſſimarúmque ſpinarum ambitu ſtellatim circumuallantur, quorum colos aliâs viridis, aliâs albus, interdum cœruleus inuenitur. radix oblonga, lata, foris nigra, internè candida, pollicis craſſitudine, odorata. Naſcitur in aſperis & campeſtribus. Aegineta, Calfacit quidem non manifeſtò, ſiccitatis autem haud obſcure nec modicè particeps.

ἔρινος. Herbe a laict ou ocimum aquatile.

ERINVS naſcitur apud fontes & fluuios, foliis ocimi, ſed minoribus, parte ſuperna diuiſis, quinis, ſenísve, dodrantalibus ſurculis: flore candido, ſemine nigro, & acerbo. folia & caules lácteo ſucco turgent. Aeg. Eius ſeminis denarij duo cum mellis denariis quatuor illiti, oculorū fluxiones ſiſtunt: ſuccus aurīū doloribus benefacit. Alibi de echino ſcribit, herba repellente & ſiccante ob ſuam acerbitatem, eadem autem erino videtur.

ἐριφία.

ERIPHIA ſeptem lanuginoſis ramulis

apii modò foliat, purpureo flore, & eo quidem perenni, semine fabaceo, totidem radiculis quot ramis. Hanc magi prodidere in auena scarabeum habere, sursum deorsúmque decurrentem, cum sono hœdi vnde nomen accepit. Hac ad vocem præstantius esse nihil tradiderunt.

ERYSIMUM cereale, vel irio, culmo cō surgit ferulaceo, foliis sesamæ similibus sanguineis, flore sesamæ foliaceo, prorsus idem erat, nisi pinguis esset. Fruges est ęstiua, & ante Vergiliarum exortum seritur. Italiæ ritu, alioqui in Græcia & Asia earundem o. casu. Recēs sato irioni pluuius imber nocet, quanquam reliquis frugibus ꝓdesse credatur: quo virēte sicuti sesama, nullum animal vescitur, quòd amarus sit. Gale. Erysimū corporis coalitu sesamo vicinū, sed insuauius longe esu, tenuis alimenti, in omnibus ipso deterius, vt panicum milio. Vtrunq; tamen calidum est, sitímque cibo concitat. ἐρύσιμον σιτῶδες Ircon ou velaron

ERYSITHALE foliis est acanthi, luteo flore. datur in vino contusis & euersis. ἠρυσιθαλές.

Cruda ERVCA venerem largiore cibo concitat. semen eodem effectu prodest. vrinā cit, cōcoctioni prodest. aluo perquàm cōmodata. semine ad cōdimenta vtuntur. quod, vti in longū tempus asseruetur, adiecto lacte aut aceto, digerunt in pastillos. Gignitur etiamnum syluestris eruca, maximè in Iberia, quę εὔζωμος ἡ Erucque ou roquette

occidentem ſpectat, cuius ſemine pro ſinapi incolæ vtuntur. vrinam vehementius pellit, multo ſatiua acrior. Aegineta. Eruca ſimilis eryſimo eſt, temperamẽto flatulẽta, ob quod ad venerẽ inſtigat. ſemen ipſius urinã quoq; mouet. Syluestris domeſtica valentior eſt.

ὤχρος. Non eſt hæc du·relle vulgaris

ERVILIA genus eſt leguminis, folio q̃ faba longiore, flore apibus gratiſſimo, ideo circa alucaria ſeri pręcipiunt. Eiſdem quibus lens pinſitur modis. At eruilia ſylueſtris herba eſt, amaritudinis eximiæ, colore & folio cicerculæ, quanquam minore.

ὄροβος.

ERVVM paruus frutex omnibus cognitus, anguſto folio, tenuis, ſemina in valuulis habẽs, è quibus farina fit, nomine eruina, ad medendi vſus conueniens. Parandæ farinę ratio hæc eſt: vberiora grana candidáque deliguntur, permiſcendoque aqua reſpergũtur, donec ſufficienter combibant. poſtea torrentur, vſq; dum hians cortex diſrumpatur. molitáque, farinario cribro incernuntur. poſtremo farina recõditur. Aeg. Eruum cal. 1. ſic. 2. cum amaritudine, quapropter incidit, detergit, obſtructa aperit: liberalius ſumptũ, ſanguinem per vrinam expellit.

πλατύφυλλος.

ESCVLVS, vel æſculus inter glandiferas folii amplitudine præſtat, Hinc Græci platyphyllon, id eſt latifoliam vocãt, vt quibuſdam placet. fago proceritate & glande inferior eſt. Galla viſu quidẽ quernę nõ diſſimili

niſi

nisi quod lenior ,sed ad rem nullam vtili: verum alteram nigram habet, qua lanæ inficiuntur. Fert glandem hispido calyce, grandē, bonam, fungosam , carnem fieri ea tradunt. Folium graue, carnosum, procerum, sinuosum lateribus. Quantum corpore eminet,tantum radice descendit. Autūno reddit fructū, si Vergilio credimus.(Permulta quæ assignātur latifoliæ tam à Theophrasto, quàm Plinio,in esculo etiam inueniuntur: quapropter si non eadem sit, ab ea tamen non multum dissidet.)

ἰυώνυμος Fusaria ou fusa-num

EVONYMOS, aliqui anonymon vocant,quum alibi, tum in Lesbo insula proueniens,punicæ mali magnitudine,atque folio eiusdē,maiori quàm vinca peruinca,& vt punica tenero. flore albę violæ proximo,odore graui ac pestifero,folliculis sesami, in queis acinus quadrāgulus,solidus, siue spissus,qui in versus quaternos digeratur, pecori gustatu letalis , sed & capris præcipue mortifera sunt & folia,nisi pręcipiti alui deiectione succurratur. Germinat mense septembri, floret vere. Arbor est infœlix.

ἰυπατώριον. off. agrimoine, nōtamen herbari-

EVPATORIVM, fruticosa herba est, vnicum efferens caulem,lignosum, nigricantem,rectum,tenuem, hirsutum,cubitalē, interdū ampliorem : foliis per interualla quinquefolii ,aut cannabis magis similibus, quinquepartito aut amplius diuisis,nigricātibus,

orũ q̃ eſt per ambitũ ſerratis. ſemen medio caule erũ-
hydropi pit piloſum, deorſum ſpectãs, quod ſiccatum
per veſtibus inhæret. Nec deſunt qui aberrantes, argemonem hanc appellarint, cum tamẽ lon gè alia ſit, vti expoſuimus. Aegin. Tenuem vim & incidentẽ ſine cõſpicuo calore habet, qua iecur obſtructum expurgat, eſt & nõnul lius aſtrictionis particeps.

εὐφόρ-
βιον. EVPHORBIA Libyca arbor eſt, ferulæ ſpeciem habens, quę in monte Atlante iuxta Mauritaniã inuenitur. ea acerrimo ſucco tur get, cuius eximium feruorem expaueſcentes incolæ, ouillos vẽtres elutos, arbori circumli gant, & eminus caulem contis incidunt, confeſtimque è plaga, perinde atque vaſe quodam, in ventriculos copioſus lactis humor ef fluit, præter id quod humi ſparſum, vulnus eiaculatur. Duo ſucci genera, vnũ orobi magnitudine, ſarcocollæ modo emicat: alterum in ventriculis concreſcit, atque vitreũ ſpectatur. Eligendũ eſt tranſlucens, & acre. Euphor biũ adulteratur ſarcocollæ & glutini miſtione. ſed difficile quidem experimentum, quippe cum leui guſtu, os accẽſum diu detineat, adeò vt quicquid ori obiiciatur, planè euphorbium reſipiat. Eius inuẽtio tempore Iubæ regis Libyæ cognita extitit. Aegin. Adurentem vim ſortitum eſt ſubtilémque, aliis li quoribus ſimiliter.

F

FABA non multũ à medio tẽperaméto recedit, siue refrigerãdo siue siccãdo: caro ipsius nõnullius etiã abstersoriæ qualitatis est, excreationibus è thorace & pulmonibus vtilis. Quũ autem cortex fabæ nonnihil quoque astringat, tota ipsa in posca decocta cœliacis & dysentericis conducit, illita verò inflammationibus & tumoribus medetur, lac in mammis extinguit. κύαμος Fœue

Aegyptiã FABA, quam aliqui Ponticam vocant, in Aegypto plerunque prouenit. in Asiæ etiam Ciliciæque lacubus inuenitur. Folia habet ampla, etiam si ad arborũ frondes comparentur: caulem cubitalem, digiti crassitudine: florem roseum, dupla papaueris amplitudine. & vbi flore exuitur, fert folliculos vesparum fauis similes, in quibus faba supra operculum, bullantis ampullæ modo, prominet. Cibotion ideo nominant, id est arculam, quoniam seratur ipsa, humenti glebæ mandata, & ita in aquam demissa. Radice fit matur harundine crassiore. quę cruda coctáue estur. ei colocasiæ nomen est. Faba virens manditur, & exiccata nigrescit, vulgarem magnitudine superat. Aegineta, Aegyptia faba humidior nostra est, & excrementitia. κύαμος αἰγύπτιος.

FAGVS easdem quercui vires habet, sed φηγός

Fou, faux, fou teau, ou hestre

intensiones vt etiam ilex. tenera eius folia illita non instrenuè siccant. (Alterũ fagi genus quòd Latini scifcimã vocant) in oxya quęre.

νάρθηξ. Ferule

FERVLA. caules, si edantur, capitis dolores faciunt. muria condiuntur. Ferula itaque caulẽ profert ternûm sæpe cubitorum: folia fœniculi, longè asperiora & latiora. qua ab imo caule vulnerata sagapenũ efficitur. Aeg. Ferulę semen extenuat calfacítq;. medulla ipsius viridis adhuc astringit, eoq; sanguinem spuentibus, & cœliacis accommodatur. (De Sagapeno suo loco dicemus.)

σῦκον. Figuier

FICVS arbor calidi tenuísq; temperamẽti est, adeo vt liquor & foliorum succus non rodat modò aut abstergat vehementer, sed etiam exulceret, ora venarum aperiat, & myrmecias exterat. quin etiã purgandi vim obtinet. At syluestris ficus quam caprificum vocant, in omnia efficacior est domestica. Ficus fructus aridi in secũdo ferè ordine siccãt. (Galenus habet, cal. 2. nõ autem sic. 2. videlicet principio secundi, aut fine primi calefaciunt) pingues autem, duros tumores magis maturant, acriores detergunt discutiúntque. Decoctum ficuum mellis speciem referens, quod iam nonnulli siræon appellãt, viribus melli respondet. Virides quidem ficus imbecillioris virtutis sunt, vtræque tamen & virides & aridæ aluum subducunt. At ficus caprifici acres & discussoriæ sunt, quemadmo-

dum ex domesticis grossi.

TRICHOMANES nascitur eisdem in locis quibus adianton, filici simile, sed exilius: foliis lenticulæ, tenuibus, in ordinē vtrinque digestis, aduersis in se, in ramulis tenuibus, acerbis, fusco colore splendentibus. Eadem quæ & adianton prestare posse constat. Galenus, Trichomanes, quæcunque adiantum, efficit. τριχομανές. capillus veneris

FILICVLA nascitur in muscosis petris, & vetustis arborum caudicibus, præsertim quercuū, palmi altitudine, filici similis, subhirsuta, non tenui perinde diuisura. radix pilosa, in qua continentur cirri, ceu polyporū, crassitudine digiti minimi, coloris intus herbacei, austera aliquātum, & gustu subdulcis, Aeg. Sic. abunde citra morsum. potum, inferius purgationem molitur. πολυπόδιον.

FILICI folia sine caule, sine fructu, sine flore, ex vno pediculo, cubitali longitudine exeūt, multifida, & lateribus pinnata, subgraui odore: radice per summa cespitum nigra, oblōga, filices multas fundente, subastringēte gustu nascitur in mōtibus & saxosis. Filix fœmina foliis est filicis, surculosis, altioribúsq;, & quæ non singulari, vt illa, pediculo fulciantur: radicibus longis, pluribus, obliquis, quæ ex nigro in luteum flauescunt. aliquæ etiamnum rubræ inueniūtur. Aeg. Vim siccandi & amaram repræsentat, eaque fœtus πτέρυς. Feugiere θηλυπτερίς.

corrumpit, latósque lumbricos enecat, instar quatuor drachmarũ cum mulsa pota. Quoniam verò modicè cõstringit, vlcera citra rosionem desiccare potest.

FLAMMEAM violá in scopa regia describemus.

μάραθρον Fœnuil FOENICVLVM in Iberia quæ ad occidentem spectat, succum reddit gummi simi lem. Caulem medium, dum herba floret rustici demetunt, ignique admouent, quo facilius vi coloris exudans, gũmi remittat. quod ἱππομάραθρον. efficacius succo est, ad medicamenta oculorum. Est & syluestre fœniculum, magnum. ἱππομάραθρον. fert autem semen cachryi simile, cuius radix iucundè olet. Traditur aliud hippomarathri ἴτυρον. genus, longo, exili, & angusto folio, semine coriandri, rotundo, acri, & odorato. Excalfaciendi naturam habet, & viribus fœniculo respondet, ad omnia infirmius. Aeg. Cal. 3. sic. 1. Hinc etiam lacti generando est, & suffusis auxiliatur.

τῆλις FOENVMGRAECVM ex secundo ordine calidum est è primo siccum, idcirco feruidas inflãmationes irritat, minus autẽ calidas & induratas magis discutiẽdo persanat.

Freses FRAGA gerẽs herba sine caule spargitur humi, multis à radice lanuginosis pediculis, flore candido folio trigemino, per ambitum serrato atque venoso. fructu exiguis quidem moris haud absimili, cæterum sui generis,

ſolido calloſo,tenero, rubente, tũ guſtu tum etiã odore ſuauiſſ.radice foris atra,intus candida, multo fibrata capillitio. fronde perpetua. Cultus diligentia non magnitudine ſolum proficiunt, ſed interdum etiam è rubris in candida degenerant. Herba cibo ſumpta medetur lienoſis, itẽ ſuccus ex melle potus, Idem cum pipere candido datur ſuſpirioſis. Fraga ſitim ſedant,ſtomacho proſunt, pręſertim bilioſo.Succus fragis exprimitur vetuſtate vires accipiẽs,pręſentaneo remedio ad faciei vlcera,oculorũ ſuffuſiones, epiphoráſq;. Radicis decoctũ iocinoris feruores mulcet matutino & meridie potum. Cal.ſic.

FRAXINVS arbor nota eſt.Agin.Folia eius pota viperarũ morſibus ſuccurrũt. Cortex crematus illitúſque ex aqua lepras ſeparat.Ligni verò ramenta ſi bibantur,letalia eſſe ferunt. μελία. Freſne

FVCI marini generibus quoddam latum,& alterum ſublongius, & rubens.tertiũ candidum naſcens in Creta,floridum valde, quod nulla corruptionis labe polluitur. Hoc fuco quidam putant mulieres ſuum colorem mentiri,cum tamen ſit radicula eiuſdem nominis qua ſeſe fucant. Aegineta, Refrigerat ſiccátque in ſecundo abſceſſu,ac mediocriter etiam aſtringit. φῦκος θαλάσσιον.

FVMARIA.vide Capnos.

FVNGORVM differentia duplex. aut

enim mãduntur, aut perniciales sunt. Mu l tis de causis venenosi gignũtur, vbi videlicet clauus ferreus, in quo fit rubigo, aut panni marcor adfuerit, aut si iuxta serpẽtis cauernam, arborésve, quę priuatim pariunt noxios fructus, erumpant. Continent qui tales sunt, nescio quod strigmentum concretámque pituitam, terráque eruti quàm celerrimè computrescunt, atque marcore vitiantur. Sed qui veneno imbuti non sunt, suauem in iuribus gratiam habent: largius tamen sumpti nocent, & ægrius concocti strangulant, aut choleram morbum citant. Aegineta, Frigidi & humidi admodum tẽperamento sunt: nõnulli ipsorum manducati etiam exitium adferunt, præsertim qui inter ipsos natura constant putridæ qualitatis participes.

G

γαλβάνη G ALBANVM succus est nascentis in Syria ferulæ, quod nonnulli metopium vocant. Maximè laudatur cartilaginosum, merum, thuris effigiem præbens, pingue, minimè lignosum, retinens nõnihil adiecti seminis & ferulæ, graui odore, neque valde humidum, neque nimis aridum. Adulteratur faba fresa, resina & ammoniaco. Si purgare galbanum voles, in feruentem aquam demittito, namque cum liquefactum fuerit, eius sordes fluitabunt, quas hoc modo facile

ſeparabis: mundo linteo raroque alligatum in fictili aut ærea pyxide ita pendeat, vt imum vaſis nō tangat: opertóque vaſe in feruidam aquam demittito: ſic enim ſincerū veluti per colum eliqueſcet, & lignoſum in linteo remanebit. Aeg. Calfacit 3. ſic. 2. Molliendi & diſcuſſoria vi donatum.

GALION, nomen ex eo traxit, quod in contrahendo lacte, coaguli vicem impleat. ramulum foliúmque habet aparinæ ſimillimum, rectū: florem in cacumine luteum, tenuem, denſum, copioſum, odoratū. radix venerem cōcitat. Naſcitur in paluſtribus. Aeg. Siccandi vim, mediocremque acrimoniā habet: flos eius ad ſanguinis ex naribus eruptiones & ambuſta congruit. Γάλιον

GALIOPSIS, frutex in totum caulem & folia habet vrticæ, leuiora, & quæ grauem odorem trita reddant: flore purpureo tenui. naſcitur circa ſepes, ædificiorum areas, ac ſemitas vbique. Aeg. Scirroſos tumores diſſipat & emollit. item ad vlcera ſerpentia facit emplaſtri modo impoſita. γαλίοψις Videt ēē agripalma offic.

GALLA fructus eſt quercus. Aliqua omphacitis appellatur, parua quidē, ſed tuberoſa, ſolida, nullo foramine peruia. altera plana, leuis, perforata. Eligi debet omphacitis, quæ efficacior eſt. Aegineta. Omphacitis, id eſt immatura medicamentum eſt affatim aſtringens, cámque ob cauſam ſiccat, fluxio- κηκὶς Noix de galle.

nes repellit contrahítq;,laxa ſtringit,& partes imbecillas firmat,fluidíſque omnibus affectionibus accommodata eſt. Frig. 2. ſic. 3. Altera quę flauo colore inanis magnáq; eſt, non tantam in ſiccando & aſtringẽdo habet efficaciam, ſedis inflammationes, & procidentias excocta iuuat. Gallæ vero combuſtæ, & aceto reſtinctæ, ſanguini ſupprimendo ſunt.

γλᾶνος. GALLICA, genus eſt aceris campeſtre, præcipuo candore,minus criſpa,rariorq;.

GALANGAE magnus vſus apud recentiores medicos tã Græcos quàm Latinos erupit. Radix vulgò etiam nota, quamuis aliũde procul comportetur. Deligẽda ponderoſa,rubenti cortice, guſtu per quàm acri,odorata.Sunt nebulones,qui in tortis iunci radicibus in aceto piperato maceratis galangæ mentiantur acrimoniam: ſed impoſtura detegitur, corticé deraſo, qui hunc ſaporem ebiberat. Cal.3.coctionem iuuat.ſtomachi ex frigida cauſa dolores finit.ſpiritus digerit cocta ex vino. Cerebrum roborat naribus indita.Os commendat.Ex ſucco plantaginis datur quibus cor palpitans micat. Cœliacis, & coli doloribus noxio ſpiritu conceptis auxiliatur.acidis ſubuenit ructibus.

GENTIANAE inuentiõ prima aſſigna-
γεντιανή tur Gentio Illyriorũ regi,à quo cognomen-
Géciane. tum habuit. foliis partim proximè radicem,

iuglandi plantaginíve similibus, subrubris, partim à medio caule, & præsertim iuxta cacumen, paulum dissectis: caule cauo, & leui, digiti crassitudine, geniculato, & ex interuallis maioribus foliato, binûm sæpe cubitorũ: semine in calycibus lato fine pondere, acero so, satis ad spondylii semen accedente: radice longæ aristolochiæ, crassa, amara. Nascitur in sublimibus montium iugis, vmbrosis locis, aquosisque. Aegineta, Gentiana radix efficax admodum est extenuare, perpurgare, abstergere, & meatus infarctos aperire.

GERANION foliis anemones, diuisuris longioribus: radice sub rotũda, cum estur dulci. Quæ drachmæ pondere in vino pota, vuluæ inflationes discutit. Geranium alterum, caulibus minutis & pilosis, sesquipedalibus: foliis maluæ. in summis alis sursum spectantia gruum capitula insunt, cum suis rostris, aut canini dentes. Nullius in medicina vsus. Aeg. eadem.

γεράνιον. Duplex, vna offi. acus pastoris alt. pesco lumbin⁹.

GERONTOPOGON, id est, senilis barba: foliis est hirci barbulæ, tenuioribus, longioribúsq;, instar capillorũ prælongis: caule paruo, super quẽ calyx lõgus, & barbula quę summo vertice senũ more incana funditur. flore luteo nitet, qui inuolucres barbulas euanescat. lacte manat. radix est amara. iocinorosis & stomachicis succus decocti potus

γεροντόπωγον. vulg. barbe de p̃stre, ou barbe de Dieu.

conuenit. Renum vitiis & vesicæ succurrit. Ex aceto ciet vrinas. Semen singultus sedat, aluum sistit, & intestinorũ infercẽtum explicat. (Quantum ab hirci barbula differat ex Græci nominis descriptione, id est tragopogonis, conferendo discere potes.)

γήθυον. Siboule ou cebule ou ciuõs. GETHYVM Theophrasto penè sine capite est, ceruicis tantum longæ, & ideo totũ in fronde, sępiúsque resecatur, vt porrũ: quapropter & illud serunt, non deponunt, mensibus Martio, Aprili, & Maio. Secunda semente post æstiuum solstitium defigitur. Decimo aut duodecimo die prosilit, sed è recenti semine maturius. Nõ anniculum modo, sed & bimum quoque fructificat. Germinat è latere, vno caule consurgit, sed quo radix ipsa deficiatur, foliis intus cauis. Condimentarium est, & ceparum generis. Minimè autem durat. Plinius à Latinis pallacanã vocari tradit. Sunt è Græcis qui gethyllida pro gethyo acceperunt, quod & epithyllida vocauerunt. Didymus gethyõ simile fecit ampeloprаso. Epænetus capitatum porrum gethyllida tradit appellari.

γῆον. Mors a diable. GEVM radiculas habet odoratas, & iucũdi saporis ad discutiendas cruditates, pectorisq; & laterum dolores.

γιγγίβερι gingẽbre GINGIBERIS sui generis planta est, in Troglodytica Arabia magna ex parte nascens. qua virente, ad multa, perinde atque

nos ruta, vtũtur, & primis potibus & eduliis admiscent. Huius radices, cyperi modo, paruæ sunt, candicantes, & odoratæ, atque piper sapore imitãtur. Eligi debent quæ teredines non nouerunt. A multis tamen ob id cõdiuntur, quòd celeriter cariem sentiant. Fictilibus in Italiam asportantur. Gingiberis cibo conueniens est, & cum condimento assumitur. Aegineta. Impensè quidem calefacit, sed nõ primo statim occursu, quod ineuictæ cuiusdam & crassioris humiditatis particeps sit, propter quã etiam facile perforatur, firmam autem conseruat caliditatem.

GINGIDIVM, aliqui lepidion, in Syria & Cilicia plerunq; nascitur: herbula syluestri pastinacæ similis, tenuior, & amarior, radice parua, candicãte, subamara. Olus hoc crudum, coctum, conditúmve estur. Aeg. Calorem non adeò manifestum sortitũ est, cæterum siccat in abscessu tertio & astringit, qua de causa & stomacho vtile est.

γιγγίδιον. Non est hęc fumaria, sed chęrefolium.

GITH exilibus surculis fruticat, sæpe binos dodrantes excedens: foliis, vt senecionis minutis, sed multo tenuioribus: capitulo in cacumine tenui, paruo, ceu papaueris, oblõgo, intercursantibus intus membrãnis, quib[9] semẽ includitur nigrum, acre, odoratũ quod panibus inspargitur. Aeg. Calefacit, siccat tertio. tenuis est substantię, vnde destillationibus in nares olfactu prodest, intus assum-

μελάνθιον. Nyelle.

pta discutiendis flatibus singularis est: quinetiam amari particeps deprehenditur, quo lumbricos interficit: abstergit & incidit, hinc quoque recta ceruice spirantibus commodè exhibetur. item lepras exterit, myrmecias eiicit, & menstrua incitat.

ξιφίον. offic. spathula fœtida. ruri gladius. falsò lonchitis existimatur.

XIPHION, alii phasganon, alii machęronion, Romani gladiolum, vocant. nomen inde accepit, quod foliũ gladii præbeat speciem. iridi simile erat, nisi minus & angustius videretur, & gladii modo mucronatũ, neruosumque in caulem exit, cubitalem, in quo purpurei flores, in ordinem digesti, inter se distant: rotundo semine: radicibus geminis, vna, bulborũ modo, super alteram insidente. quarum inferior gracilis est, superna vberior. nascitur in aruis. Aegineta, Gladioli radix trahit, discutit, & siccat.

GLANDES, in quercu indicabuntur.

κάστανα, Chastaignes.

GLANDES Sardianę, quas aliqui castaneas, aut lopima, aut glãdes Iouis appellant, similésque effectus prębent, pręsertim tunica quæ carnem & corticem media intercursat. caro his qui ephemerum biberũt, conueniẽs est. Aegineta, Castaneæ omni ex parte reliquis glandibus præcellunt.

βάλανος μυρεψική.

GLANS vnguẽtaria, fructus est arboris myricæ similis, in magnitudine auellanæ nucis, cuius nucleus græcarum nucum more tritus, humoré reddit, quo ad preciosa vnguen

ta pro oleo vtuntur. naſcitur in Aethiopia, Aegypto, Arabia,& Petra oppido ſecus Iudæam. Pręfertur plena, recens, candida, quæ facilè delibretur. Aeg. Quæ intra vnguentariam glandem ceu carnoſa ſunt, abſtergendi incidendíq; cũ aſtrictione vim habẽt, eamq; ob cauſam denarii vnius pondere cum mulſa pota, facile vomitiones cient, & inferiorẽ ventrem ſubducũt, cum poſca verò laxandis extis accõmodata ſunt. Item cutis vitia cum aceto peruncta exterunt. Cortex alioquin egregia aſtringendi virtute pollet.

SATIVVM glaſtum quo infectores lanarum vtũtur, foliũm habet plãtagini ſimile, verũ pinguius nigriusq;. cuius caulis duûm cubitorum altitudinẽ excedit. Syluestre glaſtũ ſatiuo ſimile eſt, folia fert maiora, lactucaceis proxima. caules prætenues multoſidos, quadam tenus rubentes: in quorum cacumine folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus ſemen, flore tenui, luteo. Eadem quæ & ſuprà dicta præſtat. potu & illitu lienoſis auxiliatur. Aegineta, Iſatis domeſtica qua tinctores vtuntur, ſiccandi vires & aſtringendi habet. hinc eſt quod magna vulnera in duris glutinat corporibus, ſanguinem erumpentẽ compeſcit, laxos tumores diſcutit, ac omnibus malignis vlceribus reſiſtit. Sylueſtris autem cum magis rodat, magíſque ideo ſiccet,

ἰσάτις Guedum ou gueldum ou Iherbe de S.Philippe. ou Indicũ à colore. paſtilli ab effigie.

valentius aduersus humidas putredines pugnat, ad cætera deterior, vt quæ immoderatius mordeat. Cæterum ob virium vehementiam lienosis quoque vtiliter adhibetur.

γλαύκιον memitha offi. GLAVCIVM, succus est herbæ quæ ad Hierapolim Syrię nascitur, foliis ferè corniculati papaueris, pinguioribus tamen, in terrā sparsis odoris tetri, gustus amari. tota croceo succo madet. Folia in olla fictili semifrigidis clibanis calfaciunt indigenæ, vsque dū flaccescant, deinde contusis succum exprimunt. Aegineta. Glaucium astringit, gustanti nonnihil ingratum, manifestè refrigerat, eáq; vi sacris ignibus non validis succurrit.

γλαύξ. Nomen vulgo nō habet. GLAVX cytiso & lenticulę foliis similis, quæ supernè virent, auersáq; candidiora spectantur. ramuli à terra exiliunt quini seníve, tenues ab radice, dodrantē alti. flores ceu violæ albæ, purpurei exeunt, minores tamen. nascitur iuxta mare. Aegineta. Calidi & humidi temperamenti gratia lacti generando idonea est.

γναφάλιον. Vulg. cruciata. GNAPHALII foliis mollibus minutísque pro tomento vtuntur. Bibuntur efficaciter folia in vino austero, ad dysenteriam. Sunt enim calida & modicè astringētia. Aeg.

γοσσύπιον. (Vide Clematis tertia.)

GOSSIPIVM in Xylo declarabitur.

ἄγρωστις. GRAMEN geniculatis serpit ramulis, à

quibus

quibus crebro radices spargit dulces, articu- Dent au chien.
lis præcinctas. folia dura, & vt arundinis par
uæ, lata, in exilitatem fastigiantur, eáque iu-
menta & boues pascunt. Est & arundinaceũ
gramen, priore multo maius, quod iumenta
necare traditur, præsertim in Babylone: idq;
iuxta vias nascitur. Quod in Parnaso monte
gignitur, densius fruticat: foliis hederaceis:
flore odorato, candido: semine paruo, non
inutili: radicibus quinis aut senis, digitali
crassitudine, candidis, mollibus, & admodũ
dulcibus. Natum in Cilicia gramen, quod
incolæ cinnam appellant, boues inflammat,
si eo virenti sæpe pascantur. Galenus: Gra-
minis radix mediocriter frigefacit & siccat.
Parũ aliquid mordax habet ac subtile. Her-
ba frigefacit primo, inter humidum & siccũ
media. Huius semen alibi quidem imbecillũ
est, in Parnaso autem inuentum siccat, sub-
tile, subacerbúmque est.

GROSSI, quæ erinei nõnnullis vocan- ὄλυνθοι.
tur, acres & discussorii sunt, liquoris gratia
qui in ipsis cõtinetur. Cocti igitur duros tu-
mores dissipant: crudi myrmecias & thymos
exterunt. Aegineta.

GVMMI siccante vi & emplastica pol- κόμμι.
let, & nimirum asperitatibus medetur.

H

ἅλιμος. Blanche putain.

HALIMVS frutex est sepimentis idoneus similis rhamno, sine spinis, foliis oleæ, sed latioribus. nascitur in sepibus & maritimis. Folia decoquũtur ciborum gratia. Aeg. Dissimilarium partium est, salsum gustu, & leuiter astringens, maxima ipsius pars calore tẽperata cum humiditate insuperabili est, & lactis vbertatem conciliat.

κάλαμος Cãne ou arunde.

In HARVNDINVM genere quædam nastos, id est farctior, vocatur, ex qua sagittę factitari solent. alia fœmina, qua tibiarum lĩgulas efficiunt. alia quòd fistulis addicta sit, syringias: cui multũ inest carnis, crebris cincta geniculis, ad librorũ conscriptionẽ accõmodata. alia crassa, concaua, apud amnes nascẽs: quę à quibusdã cypria, ab aliis donax appellatur. alia phragmites seu vallatoria, gracilis, cãdicans, vulgò cognita. Aeg. Calamus phragmites extergit, folia ipsius viridia mediocriter refrigerant. Cortex crematus calfacit, siccat tertio. Radicẽ cum bulbis illitã spicula & aculeos extrahere afferunt.

ἀσφόδελος. haste royalle. offi. afrodili.

HASTVLA regia vulgaris notitiæ est, foliis maioris porri: caule læui, ferente in cacumine florem, quem anthericon appellant. radices subiacent oblongæ, rotundæ glandibus similes, gustu acres. Aeg. Asphodeli radix vim habet detergentem discutientémq;.

Concrematę autem ipsius cinis calidior, ſiccior, & tenuior euadit, quo fit vt pilorũ defluuiis medeatur.

HEDERA differentias multas in ſpecie ſortitur, ſummas autẽ genere treis. Nam quædã candida eſt, altera nigra, tertia helix candida, fructũ fert candidum: nigra nigrũ, aut croci ęmulum, quã vulgus Dionyſiam vocat. helix fructũ non gignit, ſed albas habet viticulas, & folia parua, anguloſa, & concinniora. Aeg. Hedera contrariis conſtat viribus, vt quæ aſtringat & refrigeret. Item acris eſt & calida, aqueæ ſubſtantię & tepidæ, cum viridis eſt, particeps. Eius folia vino incocta vulneribus glutinandis, ambuſtis & lienoſis ſalutariter adhibétur. Succus ipſorum naribus ad pituitam educendam infunditur. diuturnis aurium defluxionibus ſuccurrit. Lachryma hederæ, vt quæ acrior ſit, pediculos enecat, & pilos abolet. κιττός. Lierre.

HEDYSARON, vide Securidaca.

HELENIVM folia habet verbaſci anguſtioris folii, aſperiora, oblõga: caulem quibuſdam in locis non emittit: radicem ſubalbidam, interdum ſubrufam, odoratam, ſubacrem, vegetam, magnã, ex qua agnatæ propagines liliorũ aut ari modo ſeruntur. Montibus in vmbroſis, ſiccóque ſolo prouenit. Foditur æſtate radix, particulatímque diſſecta ſiccatur. Alterum helenii genus in Aegypto ἑλένιον. offi. enula. rur. cãpane, ou enula cãpana.

gigni Crateuas tradit. herba est cubitalibus ramulis, serpilli modo per humum repentibus: foliis, lenticulæ circa ramos, sed longioribus crebrísque: radice pallida, digiti minoris crassitudine, per ima tenui, supernè crassa cortice nigro. Nascitur in maritimis collibúsque. Radix vna in vino epota, contra serpentium ictus auxiliatur. Aeg. Heleniũ calidum est & siccum cum excrementitia humiditate. quare & eclegmatis temperatũ infarctos thoraci humores educit: ac particulæ ex eo ruborem contrahunt.

ἡλιοτρόπιον. herb. flos cãcri. fallũtur, qui soulsiz putẽt, aut offi. calẽdulã, aut solis spõsam. Siue scorpiuron.

HELIOTROPIO magno flos est effigie scorpionis caudæ, vnde scorpiuro ei nomen. & quoniam folia cum sole circumagat, heliotropion dicitur. folia ocimi habet, hirsutiora, candidiora, & maiora. ramuli à radice terni, quaterni, aut sæpe quini exiliũt, multis alis concaui: flos in cacumine candidus, aut subfuluus, incuruatur vt scorpionis cauda. radix tenuis est, & inutilis. nascitur in asperis. Heliotropion paruum nascitur in palustribus, iuxta lacus, foliis antedicto proximis, rotũdioribus: semine acrochordonum verrucarum modo, pensili rotundo. Aegineta, Maius calidam, siccam & abstergentẽ vim præ se fert, cui⁹ decoctũ potu educit pituitã, bilémque. Illitu fructus ipsius myrmecias & huius notæ vitia persiccat. Minus autem heliotropium & hæc abolet, & lumbricos in-

terimit, si cum fructu, nitro, hyssopo, & cardamomo bibatur.

HELXINE nascitur in parietinis, sepibus & maceriis, folia ei mercurialis insunt, hirsuta: cauliculi subrubentes, & circa eos ve luti semina aspera, adhærentia vestibus. Aegineta, Hanc alii aliter nuncupant, perdicium, parthenium, sideritim, heracliam. abstergit, leuiter astringit cum humiditate subfrigida,

ἑλξίνη Parietaire ou muraile.

HELXINE cognométo cissampelos, foliis est hederæ, minoribus: ramulis exilibus, quibus complectitur quodcunque contigerit adminiculũ. nascitur in sepibus, vinetis, & segetibus. foliorũ succus potu deiicit aluum. Aeg. Vim habet discutiendi.

ἑλξίνη κισσάμπελος. vineage, ou vitreole.

HEMEROCALLIS foliũ & caulem habet lilii, porraceo colore. flores in caule per singulos exortus terni, aut quaterni erũpunt, lilii diuisura, quoties dehiscere cœperunt, colore per quàm pallido. radix magna est atque bulbosa. Aegineta, Radix eius viribus lilio respondet, similiter illi ambustis opitulatur.

ἡμεροκαλλίς. liliũ agreste ou marinũ.

HEMIONITIS, quam aliqui splenion vocant, folium emittit dracunculi, lunatum. radicibus cohæret multis, tenuibus. nunquã flores, neque semen, neque caulem gignit. in petrosis nascens, austero sapore. Ea ex aceto pota lienem absumit. Aegineta, Astringens

ἡμιονῖτις Falso ab off. scolopendria. ab herb. nõnullis lingua ceruí.

simul & amara est, idcirco lienosis cum aceto pota succurrit.

ἑρμοδάκτυλοι. offic. colchicō vocant. HERMODACTYLI radix per se, & ipsius decoctum, vim habet purgandi: arthriticis priuatim cum humores defluūt exhibetur. Stomacho vehementer aduersatur. Aegineta.

ὑάκινθος Vacietū, ou oignō sauluage HYACINTHVS folia habet bulbi:do drantalem caulem, minimo digito tenuiorem, herbacei coloris: comam procumbentē, florum purpureorum plenam, incuruam: radicē bulbaceam. Aeg. Radix siccat primo, frigefacit secundo. Pueros itaque impuberes diu conseruare cum vino illita creditur. Semen leuiter abstergit astringítque, idcirco aquatis cum vino datur, vt quod desiccet magis quàm refrigeret.

ὑδρολάπαθον. docques. HYDROLAPATHVM rumex est in aquis nascens.

ὑδροπίπερι. off. & me dici ꝓ eu patorio falso vtūt quemad modū & q curage & pficare velint eē. HYDROPIPER apud aquas nascitur quæ stagnāt, aut pigro lapsu repunt. caulem edit geniculatum, prædurum, multis alis cōcauum: folia menthæ, maiora, molliora, candidioráque, gustu piperis, acri, citra tamen vllam odoris gratiam: fructum acrem, in surculis paruis, prope folia racematim cohęrentem. Folia cū semine illita tumores veteresq; duritias discutiunt. sugillata delent. quæ post quam inaruerūt, tusa pro pipere in obsoniis admiscentur. Radix parua, nullius in medi-

cina momenti. Aegineta. Herbula est calida, sed non piperis modo. Facultates similiter Dioscoridi docet.

HIERACIVM magnum, caulem emittit asperum, subrubrum, spinosum, cauum: folia ex interuallis rariusculè diuisa, similia soncho per ambitum: luteos flores in oblongis capitulis. Vim refrigerandi habet, & modicè substringendi. vnde illitum, stomacho æstuāti, inflammationibúsq; prodest. succus erosionem stomachi sorbitione mitigat. herba cum radice illita, vibratis à scorpione ictibus auxiliatur. Hieracium paruum, folia ex interuallis habet, diuisa in ambitu: cauliculos teneros, virentes, in quibus lutei flores orbem circinātes emicant. Vim suam ad eadem ad quæ superior impendit. (Aegineta non habet.)

ἱεράκιον μέγα. cichoree iaulne.

ἱεράκιον μικρόν. cichoree sauluage

HYOSCYAMVS vide in litera, a. fo. 24

HYOSIRIS intubo similis traditur, sed humilior & tactu asperior. Vulneribus contusa præclarè medetur.

ὑόσιρις.

HYPECOON, aliqui hypopheon vocāt. nascitur in segetibus aruísq;, foliis rutæ, exilibus ramis. Aegin. Frig. 3. papaueris viribus proximum.

ὑπήκοον.

HYPERICVM, alii androsæmon, alii corion, alii chamæpytyn appellant, quoniā semén odore resinā imitatur, surculaceo frutice, dodrantali, rubente, folio rutæ: flore al-

ὑπερικὸν mille pertuisou perforata. vulg. ou herbe S. Iehan.

bę violę, luteo, q digitis tritus sanguineũ succũ remittit, qua ex causa androsęmon cognominatur: subhirsuta siliqua, & tereti hordei magnitudine, semine intus nigro, resinosi odoris. gignitur in cultis & asperis. Aeg. Hypericum duplex est. Alterũ, quod androsæmon & ascyrrhon appellatur, expositum est: alterum verò calefacit & siccat, tenui substantia præditũ, eóq; vrinas elicit, & menstrua citat. Totum ipsius semẽ si cum foliis illinatur viride, cicatricẽ vulneribus obducit. Arida verò folia oblita vlceribus medentur. dantur etiam potioni aduersus coxarum dolores.

Al. hypoglosson. ὑπόγλωσσος.

HIPPOGLOSSON, frutex est folia habẽs rusci tenuis figura, & spõsam comã, & in summo ceu linguas è foliis exeũtes. Capitis dolorem corona ex comis imposita minuit. malagmatis radix succúsq; admiscetur. Aeg. Frutex est pusillus, cuius radix & succus emolliendi virtute pollent.

ἱππολάπαθον. offi. paricelle, ou grãde ozeille. vulg. parelle.

HIPPOLAPATHON olus est magnum in paludibus nascẽs. easdem habet vires quas supradicta rumicis genera. Aëtius: Consimile est facultate lapatho, sed imbecillius.

HIPPOMANES, secundum Crateiam, planta est fructu cucumeris syluestris, folio autem nigriori, tãquam papaueris spinoso. Hæc Theocriti interpres. Sed apocynon etiam hippomanes cognominatur.

HIPPOPHAES, quo fullones vestes interpolāt, in sabulosis maritimísque nascitur, surculaceo frutice, vndiq; denso & largo, foliis oleæ longioribus, mollioribúsque: inter quæ candicantes spinæ emicant, siccæ, angulosæ, interstitio quodam distantes. flores hederæ corymbis similes, racematim cohærēt: minusculi tamen, & molles, candidi, ex parte rubescentes. radix lacteo succo madet, crassa mollis, amara gustāti. ex qua, perinde ac thapsia, succus eximitur, qui per se, & cum erui farina subactus, siccatur, & ad vsum reconditur. Aegineta, Alij hippophyes vocant. Radicis liquor cum erui farina instar denarii datus, bilem ac pituitam purgat. Item totus ipse frutex siccatus, ad purgationes accommodatur.

ἱππόφαες Lappago seu lappula

HIPPOPHAESTON, id quod aliqui hippophaës appellāt, nascitur eisdem locis quibus hippophaës, estq; spinæ fulloniæ genus, humilis herba, sine cauliculo, sine flore: inanibus tantum capitulis: foliis paruis, spinosis radiculas habens molles, crassas. Succus radice, foliis, & capitulo exprimitur, & exiccatur Aeg. Succus trium obolorum pondere, cum aqua mulsa ad pituitam & aquā vacuandam exhibetur: maximè congruit non nisi subrecta ceruice spirantibus, comitialibus, & neruorum affectibus.

Al. Hypophęston. ὑπόφαισον. Lappago seu mollugo

HIPPOSELINUM, Latini olusatrum

Ache ou hacche

appellāt, aliqui ſmyrnion. quamuis aliud ſit, quod propriè ſmyrniō dicitur, vt paulò pòſt referemus. Eſt autē maius, & ſatiuo apio candidius: caule alto, cauo, molli, habēte veluti lineas: foliis latioribus, in puniceum vergentibus· coma roriſmarini, florum plena, depēdentibus in cacumine corymbis, antè quàm defloreſcat. ea ſemine turget nigro, oblongo acri, ſolido, aròmatico. radix dimittitur tenuis, odorata, candida, quæ os commendat. In vmbroſis & paluſtribus enaſcitur. olerum generis, vt apium. radix cruda coctáve eſtur. folia cum caulibus decocta manduntur, & per ſe aut cum piſcibus præparantur, crudáque muria condiuntur. Aegineta, Cum apio domeſtico virtute cōuenit, niſi eſſet imbecillius.

HIRCI barbulam in Tragopogone deſcribemus.

ὕσσωπος. Hyſope — HYSSOPVM, herba nulli non cognita, duûm generum eſt, montanum & hortenſe. Optimum eſt Cilicium. Aeg. Calefacit, ſiccat. 3. tenuíſq; ſubſtantiæ eſt.

ὅλκος. — HOLCVS in ſaxis naſcitur ſiccis, ariſtas habet in cacumine tenues, culmo quale hordeū reſtibile. Hæc circa caput adalligata, vel circa lacertū educit ariſtas è corpore: quare nonnulli Ariſtidam vocauerūt. Multis eam eſſe contendunt inter ſaxa proueniētem. Alij ſylueſtrem eſſe volunt auenam.

HOLOSTION quadrâtalis herbula eſt, humi repens: foliis viticulisq; coronopo aut gramini proximis, guſtu aſtringentibus: radice alba, prętenui vſque in capillamenti ſpeciem, longitudine quatuor digitorũ. naſcitur in collibus terrenis. Carnes coguntur, decoctionibus addita. Aegni. Siccat, aſtringítque, hinc eo ad rupta vtuntur.

Alóloſteum ὁλόστιον. Herb. mollegrã men. ruri canisdẽti culus & duua. nõ eſt hęc pi loſella

HORDEVM optimum eſt, candidum purúmque. Aegineta, Frigefacit, ſiccat primo. Nonnihil etiam extergit. Cæterum faba tum lomento ſiccitate præcellit, minus flatu lentum eſt. Polenta hordeo multo magis ſiccat. Priſana præter quod largius humectat, etiam abſtergit vehementius.

κριθή. Horge

HORMINVM herba eſt, foliis marrubio ſimilis, caule ſemicubitali, quadrangulo, circa quem eminentię ſiliquis ſimiles prodeunt, quæ ad radicem ſpectãt, in quibus diuerſum ſemen recluditur. ſiquidem in ſylueſtri rotundum, fuſcúmque inuenitur: in altero, nigrum, & oblongum, cuius eſt vſus. Syluestre magis viribus pollet: quare vnguentis, præſertim gleucino, permiſcetur. Aegineta, Calidum eſt mediocriter ſiccum & abſtergens, venerem igitur ſtimulat. oculorum craſſities cum melle repurgat, tumores laxos diſcutit, & extrahit aculeos. Sylueſtre domeſtico eſt valentius.

ὅρμινον. Satiuũ, oruale toute bõne offic. galitricum herb. centrũgalinę vulg. ſaluia tranſmarina

I

Nō mul tū differt à liſeron ou liſerotte

IASIONE olus eſt ſylueſtre, humi ſerpens, copioſo lacte, flore candido, & in hoc nobili quòd ſingulari folio conſtet, ſed ita implicato, vt plura videantur, floris margine in angulos exeunte. Plinius florem Cōcilium ait appellari: ſed quę Theophraſtus de folio floris, ea Plinius de folio herbæ ſcribit. Commēdatur herba ad ſtimulandos coitus. Cruda, & ex aceto pota, lactis vbertatem præſtat. Salutaris eſt tabem ſentientibus. infantium capiti illita, nutrit capillum, tenaciorémq; eius cutem efficit.

ἰβισκος. IBISCVS, quęre Althæa.

Lepidiū ſylueſtre fortè. herba. pratēſis Valeriana

IBERIS, ſiue cardamantica, folia habet naſturtij, vere virentiora: caulem cubitalem, aut minorem. in incultis naſcitur. æſtate lacteum florē promit: quo tempore efficacior eſt. Radices duas naſturtio ſimiles habet, calfacientes & adurentes, ipſe enim iſchiadicis cū ſalſa axungia emplaſtri modo vtiles, quaternis horis alligatæ, vt dein in balneas deſcēdatur, & poſtea oleo cum lana locus perungatur. (Aeg. omiſit.)

ἰδαία ῥίζα.

IDAEAE radici folia ſunt ea quæ ruſco. adhærent his veluti exigui pampini, in quibus flos. Aegineta, Guſtu acerba, & viribus: ſanguinis eruptionibus & reumaticis affectibus tum pota, tum extrinſecus impoſita ac-

commodatur.

ILEX similes quercui vires habet, sed multo ea est validior. Galen. πρῖνος.

ILEX est gemina Columellæ, minor apibus quæ sita: & prolixior, omnibus improbata mellificio.

ILLECEBRA, vide semperuiuũ tertium. ἀνδράχνη ἀγρία.

ILLECEBRA, quæ Græcis andrachne agria nonnullis minus semperuiuum, syluestris est portulacæ genus, maiori semperuiuo simile, nisi quod folia habet pusilla, sed latiora, maculosáque: item breuius cacumẽ, fuluis cauliculis, gustu salsum, lacteo succo, radice tenui, candida. Nascitur in petris, & in sterquiliniis. Colligitur cibi causa, estúrque cum ficubus. Succo bilem regio morbo laborãtibus per aluum exigit. Ructus compescit acidos. Vẽtris tumores, & iocinoris vitia leuat, vrinam ciet. Eodem ægilopas Aesculapius curauit. Pourpie sauluage

IMPIA Plinio vocatur incana, rorismarini aspectu, thyrsi modo vestita: inde alij ramuli adsurgunt, sua capitella gerentes. ob id impiam appellauêre, quoniam liberi supra parentem excellãt. Alij potius ita appellatã, quod nullum animal eam attingat, existimauêre. Hæc inter duos lapides trita feruet, præcipuo aduersus anginas succo, lacte & vino admixto. Mirúmque traditur, nunquam ab eo morbo tentari, qui gustauerit: itaque & offi. Christoculus

ſuibus dari, quæque medicamentum id no luerint haurire, eo morbo interire. Sunt qui & in auium nidis inſeri aliquid ex ea putét, atq; ita non ſtrangulari pullos auidius deuorantes. Floret vere, tuncque decoquitur ad ſerpentium morſus. Succo eius, vel etiam cinere, fiſtulas impleri tradunt.

INTYBVS. Quære Seris.

Διὸς ἄνθος. Coquelourdes

IOVIS flos inodorus eſt, nec niſi coloris gratia coronamentis additus: æſtiuus eſt, colore purpureo.

ἐρύσιμον Ireon, ou bruca geratina, outortela

ERYSIMON, Latini irionem vocant, iuxta vrbes, rudera, hortosque naſcitur, foliis erucę ſyluestris: cauliculis in lori modũ lẽtis, & obſequioſis: floribus luteis: ſiliquis in cacumine gracilibus, vt fœnogręco, corniculatis: ſemine naſturtij, exiguo, vrentis guſtus. Aegineta, Eryſimi ſemen igneũ calefactoriúmque eſt, naſturtio ſimiliter: quare in fermẽtò toſtum, thoracẽ purgat in eclegmatis aſſumptum, duritiásque emollit, & cæcos cancros illitu adiuuat.

ἶρις. Herb. cœleſte liliũ. flãme ou glain

IRIS à cœleſtis arcus ſimilitudine nomen accepit. Folia fert gladioli, ſed maiora, latiora, & pinguiora. Flores à caule æqualibus inter ſe ſpaciis diſtãt, varij: ſiquidem candidi, pallentes, lutei, purpurei, aut cœrulei conſpiciuntur: qua diuerſi coloris ſpecie, quædam cœleſtis arcus imago repræſentari videtur. Radices ſubiacent geniculatæ, du-

ræ,odoratæ: quæ frustatim dissectæ, in vmbra siccantur, & traiectæ lino reconduntur. Melior est Illirica, & Macedonica: & inter has laudatissima, quæ pumila ferè & densa constat radice, frangenti contumax, subrufo colore, gustu amaro, odore perquàm sincero, ita vt nullum prorsus situm redoleat. quæ dum tunditur, sternutamenta mouet. Secundum locum habet Africana, candicans, gustúque amara. Teredines in vetustate sentiunt, tūc tamen odoratiores reddi solēt. Aegineta, Affatim calfacit, extergit, & maturat, tenuis substantia, tussi vtilis. humores in pectore contumaces extenuat, torminibus medetur, sordida vlcera purgat, cum mulsa pota aluum inanit.

ISCHAEMON serpit in terra milio similes, folijs asperis, & lanuginosis. Thracia eā inuenit, qua ferunt sanguinem sisti, non aperta modò vena, sed etiam præcisa. Farcitur in nares ad cohibendum inde sanguinis profluuium. Quæ in Italia nascitur, & sanguinem sistit eadem adalligata vnde cruor manat. ἴσχαιμον Miliū syluestre q. dam esse volunt

ISOPYRON aliqui Phasiolon ob similitudinem vocant, quoniam folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur. capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis, melanthii gustū imitantis. Aeg. Semen amarum ac modicè acerbum est, ob quod crassos ἰσόπυρος

glutinosósque humores abstergit & incidit, sic vt corpora contrahat stringátq;. hinc etiā quæ altè desident expurgat, excreationibus sanguinis non inefficax.

σχοῖνος. IVNCI duo genera. vnū læuis nominati, alterum acuti, qui in mucronem fastigiatur. Cuius etiam duo assignantur genera. Vnum sterile. reliquum fert semen nigrum, rotundum: & crassiore constat calamo, carnosioréque. Tertius est iuncus qui vocatur oloschœnos, prioribus carnosior, asperiorque. is similem supradicto fructum in cacumine parit. Aethiopici iunci semine somnus allicitur. sed modus in potione seruādus est, ne sopor fiat. Aegin. Oxyschœni, id est, acuti iunci semen est somnificum: holoschœni autem dicti, minus, idem & capiti dolorem facit. Vtriusque semen frixum si cum vino bibatur, alui fluores desiccat, & mulierum fluxiones cohibet.

Merisca balgo

σχοῖνος ἀρωματικός. offi. squinātiū vulgo pestilliis camelornm

Odoratus IVNCVS, in Africa & Arabia nascitur. Laudatissimus ex Nabathæa: proximus Arabicus, quem aliqui Babylonium cognominant, alij teuchitin: pessimus ex Africa. Eligendus est rufus, recens, floribus refertus, tenuis, rubentibus fragmentis, qui manibus confricando rosæ odorem emittit. igneę mordacitatis ad linguam. floris, culmorum, radicísque est vsus. Aegine. Flos modicè calefacit, minus astringit, tenuem naturam sortitus, quæ vrinam mouet, & menses trahit,

obstructáque reserat in fomentis, potu, & cataplasmatis adhibitus: radix adhuc magis flore astringit, sed ille calidior.

IVNIPERI genera duo. altera maior, altera minor. Baccarum nonnullæ nucis iuglandis magnitudine nonnunquam grandescere, aliæ nucem Ponticam æquare inueniuntur, rotundæ, odoratæ, in mandendo dulces, subamaræ: quæ arceuthides etiam, id est, baccæ iuniperi, nominantur. Aeg. Cal. sic. 3. fructus autem cal. 3. sic. 1. ἀρκευθος. Iuniefre ou geneure ἀρκευθίδες.

L

ABRVM Veneris, Dipsacus. ὀκνανθη. Vigne sauluage viorne ouhardie

LABRVSCA duorũ generũ est, alterius vua non maturescit, sed flore tenus œnanthen nominatam perducit. altera ad frugem peruenit, paruis acinis, nigra, & astringens. Folia, caules, & clauiculæ quibus repunt, vim habent cultæ viti similem.

LABVRNVM arbor alpina Plinio, nec vulgo nota, dura & candida materia, cuius florem cubitalem longitudine apes non attingunt. odit aquas, nec nisi in siccis prouenit.

LACTORIS nota vulgò, secundum Plinium, plena lactis, quod degustatum vomitiones cõcitat. Eandem hãc aliqui esse dicũt, alii similem illi quam militarem vocãt, quo- Lactaria ou anabula

niam vulnus ferro factum, nullum non intra dies quinq; sanat, ex oleo imposita.

θρίδαξ. Laictue LACTVCA olus est non summè frigidũ humidúmque, sed pro fontanæ aquæ temperamento, quapropter calidis inflammationibus cõuenit: præterea sitim potu restinguit, & genituræ fluorem cohibet.

θρίδαξ ἄγριος. Videt es se off. endiuia SYLVESTRIS lactuca satiuæ similis est, sed longior caulis, & candidiora folia, graciliora, & asperiora. amaro gustu est, & viribus aliquantum papaueri similis. vnde lacteum eius succum aliqui meconio permiscuerunt. Aegineta, Superiori minus & refrigerat, & humectat, verum succulentior existit.

λάδανον Strobon recentiores vocãt Est & alterũ cisti genus, LEDON à nonnullis appellatum, frutex simili modo nascens, longioribus foliis, & nigrioribus, quæ verno tempore quiddam cõtrahunt pingue. Fit ex eo quod ladanum dicitur. Siquidem cum cisti frondes pascuntur capræ, hircíque, pinguitudinem conspicuè barba carpunt, & suo lentore villosis cruribus adhærescentem reportant. quam depectentes incolæ, colantésque cogunt in offas, & ita recondunt. Alii vero attractis funiculis, insidentem fruticibus lentorem abstergunt, conglomerántque in ladanum. Maximè probatur odoratum, subuiride, facilè mollescens, pingue, quod arenas nõ collegit, nec squalore obsitum est,

resinosum, quale, in Cypro gignitur. Arabicum verò, Libycúmque, vilius. Aegineta, Ladanon medicamen est præstantissimum, in secundo ferè abscessu calidum, natura tenue, emolliens mediocriter, discutiens & maturans: eóq; vteri affectionibus peculiariter cõuenit. habet præterea nonnullas astringendi vires, quibus defluos capillos confirmet.

LAGOPVS herba sistit aluũ in vino potata: aut in febri, ex aqua. eadẽ inguini alligatur, in inflammatione. Nascitur in segetibus. Siccæ facultatis est. Aeg.

λαγώπυς. Vulg. trinitas 4. trifolii genus sit

LAMPSANA syluestre olus est. plus alit quàm rumex, & stomacho vtilius. cuius folia caulésque coquuntur in cibo. Aeg. Manducata prauum succum gignit, illita verò nonnihil abstergit, discutítque.

λάμψανα. Sanure blanche, rauela q̃ ou pourette

LANARIA, memorabitur in Radicula.

Ex generibus rumicis, oxylapathum vocant, quod in acutum tendit. prædura habẽs extrema, nõ nisi in palustribus nascens. Alius est satiuus, illi dissimilis. tertiũ genus syluestre, paruum, plantagini proximum, humile & tenerum. Quartum est quod alii oxalida, alii anaxyrida, aut lapathon vocant. folia eius syluestri ac exiguo rumici similia, caule nõ magno, semine subacuto, rubente, acri, in caule & agnatis appendicibus emicãte. Aegin. Rumex mediocriter discutit. Oxylapathũ præter id etiam pauxillum repellit.

λάπαθον. offi. lapatiũ acutũ surelle ozeille menue Acetosa nũc, ozeille

Semen autem, præsertim oxylapathi, astringens, alui profluuia (diarrhœas dicunt) & intestinorũ tormina persanat. Folia verò semini contraria faciunt: hæc etenim comesta aluum mouent, illud potum ipsam cõprimit.

σίλφιον. LASERPITIVM in Syria, Armenia, Media & Libya nascitur, caule ferulaceo, quem maspetum vocant: foliis apio similibus: lato semine. Radix in cibis ægrè coquitur, os commendat cibis aut sali permista. Laser è radice atque caule scarificatis colligitur. præfertur autem rufum, translucens, myrrhæ æmulum, non porraceum, odore valens, suaui gustu: quod dilutum facilè albescit. Cyrenaicum si quis degustarit, humorem toto corpore ciet. blandissimo odore, adeò vt ne os quidem gustanti nisi paululum spiret. Medicum & Syriacum minus viribus valent, & magis virosum reddunt odorem. Laser omne antequam siccescat, adulteratur sagapeno, aut fabæ lomento: quod maleficium deprehenditur gustu, odore, visu, & dilutione. Caulem aliqui silphion, radicem magudarin, & folia maspeton vocauêre. Efficacissimum laser, mox folia, postremò caulis. Fertur & altera magudaris in Libya nasci, radix laserpitio similis, sed minus crassa, acris & fungosa, ex qua non profluit succus: eiusdem cum lasare facultatis. Aegineta, Probè calefacit, flatulentum est, & cõcoctu per-

offic. à sepuante

uicax. à foris corpori applicatũ efficacius deprehéditur, magisq; liquor ipsius, extrahendi potés, item & superexcrescentia amoliẽdi.

LATHYRIS, quam aliqui tithymalũ appellant, eámque tithymalorũ numero adscribunt, caulem emittit cubiti altitudine, & digitali crassitudine, inanem. gignuntur in cacumine alæ, & folia in caule oblonga, amygdalinis proxima, latiora, & læuiora. quę autem in summis ramulis exierunt, minora conspiciuntur, aristolochiæ, aut oblongę hederæ figura. In cacumine fructũ summis surculis gerit, triplici loculamento insignem, rotundum, ceu capparin, in quo grana intercurrentibus membranis inter se distincta continentur, eruis maiora, rotunda. quæ dum corticibus exuuntur, candida sunt, & gustu dulcia. Nullus radicis vsus. totus frutex lacteo succo turget, vti tithymalus. Aeg. Succus eius instar tithymali purgat, semen autem præcipuam purgandi vim habet.

λάθυρις offi. catapucia maior, vulg. espurge

SION in aquis inuenitur, frutice pingui, recto, foliis latis, olusatro similibus, sed minorib⁹, & odoratis. Quæ cruda coctáq; viriũ suarum gratia eduntur. De Sio Crateuas tradit, herbam esse fruticis specie, pauca folia ferentem, rotunda, maiora quàm menthæ, nigra, & ad erucam accedentia. Aeg. Sion calidum est, vrinam ciet, digerit per halitum, renum calculos terit, menses euocat.

σίον Lauer lat. off. berula. berle ou laberle vulg.

δάφνη. Laurier

LAVRVS quædam tenui folio cõſtat. altera latiore. Aegin. Lauri arboris folia ſiccãt, & calefaciunt inſigniter, magis quoque fructus. Radicis cortex amarus, & leuiter aſtringens, calculos comminuit, & iocinoroſis opitulatur cum uino odorato triobolari pondere potus.

δάφνη ἀλεξάνδρεια.

LAVRVS Alexãdrina, folio eſt ruſci maiore, molliore, & candidiore: ſemine inter folia rubro, ciceris magnitudine, ramos ſpargit in terra dodrãtales, interdum longiores: radice ſyluestri myrto ſimili, maiore, molliore, odorata. inuenitur in montoſis. Aegin. Calida, acris, & ſubamara eſt, idcirco mẽſes & vrinas commouet.

φακή. Lentille

Aeg. LENTES in 2. ordine ſiccant, medio caloris & frigiditatis temperamẽto donatæ: ſed aſtrictionis quoque nonnihil habent. Totum quidem lentis corpus ſiccat, aluúmque ſiſtit: decoctum vero ipſius proritat, ideoque prior aqua defunditur, quum aſtringẽdi gratia lentes aſſumantur.

φακὸς ἐπὶ τελμάτων. Lẽticule de d'eaue

LENS paluſtris, inuenitur in aqua non fluente, muſcus lenticulę ſimilis. Aeg. Humectat, refrigerátq; in ſecundo abſceſſu.

σχῖνος. Lẽtiſche

LENTISCVS nota arbor eſt. Aegineta, In omnibus ſui partibus ſiccat ſecundo abſolutè, calefaciendo autem & refrigerando medius eſt, adeò aſtringens, vt ad hypociſtidis ſuccum aſtrictione accedat.

Lenciscus resinam gignit, quę lentiscina cognominatur, & ab aliquibus mastiche. Optima & copiosissima in insula Chio prouenit. præfertur nitedulæ modo resplendescens, & candore Tyrrhenicæ ceræ similis, adulta, retorrida, friabilis, odorata, stridorem edens. Viridis autem inferior est. Adulteratur thuris, resinæq; pineæ nucis mistura. Aegin. Mastiche, Chia quidem calefacit & sic. 1. Cæterum compositæ est facultatis, astrictoriæ simul & emollientis: hanc ob rationem stomachi, ventris, intestinorum, & iocinoris inflāmationibus rectè accōmodatur. Aegyptia, nigriore colore quodammodo, siccat magis & discutit, minus astringit, hinc furunculos quoque dissipat. μαστίχη.

LEONTOPETALON, caulem emittit dodrantalem, aut altiorem, plurimis alis concauum, & in cacumine semina parua duo, aut tria, in siliquis, ciceris modo: flores anemonæ similes, punicei coloris: folia brassicæ, sed papaueris diuisura. radicibus nigris, rapæ similibus, strumosis. nascitur in aruis, & segetibus. Aegineta, Radix cal. sic. 3. discutitque. λεοντοπέταλον. offic. & herb. pat taleonis

LEONTOPODION duûm digitorum herbula est, folia forés angusta, longitudine ternū quaternúmve digitorū, hirsuta, quę iuxta radicē lanosiore flocco canescūt, capitula in summo caule quasi perforata: flores nigri; λεοντοπώδιον. Videtū esse quęcruciata

semenvsq; adeò spissa lanugine inuolutũ est, vt sæpe fallat: radice parua cohæret. quã tradunt appensam ad amatoria prodesse, & tubercula discutere. Aeg. non habet.

LEONTOPONTIVM à superiori differre videtur, alii liceron, dorypetron, & toriuẽtoron vocant, radix eius aluum sistit. Purgat bilem in aqua mulsa addito põdere denariorum duûm. Nascitur in campestri & graeili solo. Semen eius lymphatica somnia facere dicitur, & tela omnia infixa corpori extrahere tritum cum polenta, & cũ eadem spicula sagittariorum elicere.

λεπίδιον offic. & herb. raphanũvo cant, LEPIDIVM aliqui gingidium vocant. herbula vulgò nota. muria cũ lacte seruatur. Aegin. Aliqui hyperiadem vocant. cal. 3. Nasturtio proximum viribus, minus autem eo deficcat.

λευκά-κανθα. Rhamnus est. LEVCACANTHA prædita est radice cyperi, valida & amara. quæ mãducata dolorem dentium sedat. veteri laterũ dolori, atq; ischiadicis prodest, decocto cyathis tribus ex vino poto. eadem ruptis & cõuulsis medetur. radicis epotus succus eosdẽ præbet effectus. Ag. Alii polygonatum, alii ischiada vocant. radix incidit. Cal. 1. sic. 3.

λευκάς. Atriplex rustica esse videt LEVCAS mõtana, latioribus quàm vrbana foliis, semine acriore, amariore, ori in grato, efficacior tamẽ quàm satiua habetur. vtraque ex vino contra animalium venena, præ-

cipuè marinorum opitulatur. Aeg. Cal. sic.3. acrimonia præpollet.

LEVCOION vulgaris est notitię, sed in floribus differentia quædam. nanque aut cœrulei, albi, purpurei, aut lutei inueniūtur. Lutea verò præcipui in medicina vsus. Aegineta, Lecoii totus frutex abstergēdi extenuandíque vires posſidet: magis autem flores, & ex eis, ſicciores. iccirco & menſes ſtimulant, fœtus corrumpūt expelluntq́;. Quod ſi quis aquæ miſtura vim ipſorum obtundat, etiam inflammationibus conducent, præſertim vteri. Radices eadem præſtant, craſſiore magíſque terreſtri natura prędita: ex aceto inflammationibus in ſcirrhum coaleſcentibus imponuntur.

λευκόϊον. violette ou giroflee.

LICHEN qui ſaxis eſt familiaris, aliquibus bryon appellatur. aſperginoſis petris adhæret, vt muſcus. Aegineta, Vis ei eſt exterendo purgare, mediocriter ſiccare & refrigerare. impetigines ſanat, inflammationes arcet. ſanguinis eruptiones ſiſtit.

λαχήνι. off. herb. hepatica.

LYHCNIS coronaria, flore eſt albæ violæ ſimili, quo corollæ factitātur. Contra ſcorpionum ictus ſemen in vino potum auxiliatur. Lychnis ſylueſtris, omnia vrbanæ ſimilis. Aegineta, Lycnidis coronariæ ſemē Cal. ſic.2. abſolutè.

λυχνίς. chādelle de N. Dame. altera flore purpureo, Marię rosa ou Melon blāc.

LYCIVM, quod aliqui pyxacanthan vocant, arbor eſt ſpinoſa, ramis trium cubitorū

λύκιον.

aut longioribus:foliis buxi,densis:fructu pi
peris,nigro,leui,amaro,densóq;:cortice pal
lido,non dissimili lycio madefacto : radici-
bus multis,obliquis,lignosis. Nascitur pluri
mum in Cappadocia, Lycia, & plerisq; aliis
locis. aspera loca amat.Succi extrahendi ra-
tio hæc est:Rami cum radiculis tusi, & ante
per multos dies macerati coquuntur, tũ abie
ctis lignis itidem liquor,donec mellis crassi-
tudo fiat.Adulteratur id lycium, adiecta de-
coctioni amurca, aut absynthii succo, aut
felle bubulo.Innatãs spuma inter coquendũ
exempta, oculorum medicamentis additur.
reliquo ad alia vtũtur.Simili modo fit lyciũ,
semine expresso & insolato.Optimum quod
vri potest, restinctúmq; rubentem spumam
ostendit,glebis extrinsecus nigris,intus cum
fregeris rufis,odore minimè viroso, cũ ama-
ritudine adstringẽs,crocino colore.cuiusmo
di Indicũ est,cæteris præstãtius.Tradunt In-
dicũ fieri lycium,ex frutice lonchitide appel
lato.ea spinarum generi ascribitur, ramos re
ctos habens, ternûm cubitorũ longitudine,
maioresve,rubo crassiores,à radice numero-
sos.fractus cortex rubescit,folia oleę similia.
Herba in aceto decocta proditur lienis inflã
mationibus & regio morbo mederi,& fœmi
narũ purgationes elicere. Assueuerant etiam
crudam in potu eosdem effectus præstare: se
men cyatho dimidio potum, pituitã expur-

gare: venenis quoq; auxilio esse. Aeg. Lyciũ ex diuersis genere substantiis cõstat, calida, tenui & discutiente, terrestri verò frigida & leuiter astringẽte, vt in secundo abscessu desiccet. Calefaciẽdo refrigerandóq; medium est: hac de causa ceu absterforio in oculis obscuratis eo vtuntur: tanquã astringenti, in cœliacis, torminibus intestinorum, & maleficis vlceribus: at contra inflammationes, vt discutienti. Cæterũ primas obtinet Indicum.

LYCOPSIS, quæ à nõnullis anchusa vocatur, foliis lactucæ longiorib. asperioribus, latioribúsq;, crassis, ad radicis caput recidentibus: caule longo, recto, scabro, hirsutis adnatis, multis, cubitalibus: flore paruo purpureo: radice rubra, & adstringente. nascitur in campestribus. Aegineta, Lycopsis quàm onoclea anchusa, astringit quodammodo efficacius, similiter erysipelatis cum polenta illita cõuenit. Si læuis cum oleo inungatur, sudores elicit. Meminit Aegineta primũ inter anchusas, & iterum suo loco. λύκοψις. 4. genus anchusæ Gal. herlãgue de chien.

LYCOPVS herba marrubio syluestri similis est, folio lupini pedis effigie, dissecto, grauis odoris, caule anguloso geniculatóq;, fungosa intus medulla, radice frequenti capillamento fibrata. folia trita præsentaneo remedio imponuntur dissoluto stomacho. λυκόπους Patte de loup. ou pectorale, ou main de S.Marie.

LIGVSTICVM, quod alii panaceã, alii panaces vocant, plurimum in Liguria nasci- λιγυστικόν

Non est hoc officinorum leuisticũ.

tur, in monte Apennino, Alpibus contermino: vnde nomen traxit. Panaces incolæ non ab re appellant: quoniam & radice & caule, heracleotico panaci ſimile ſit, & viribus eiſdem prǽditum. Gignitur in altiſsimis aſperiſque mõtibus, ac vmbroſis, maximè iuxta flueta. cauliculum fert anethi geniculatum, tenuem, & in circuitu folia ferulę campanę, molliora, odorata, propè verticem graciliora, & longè magis diuiſa: in cacumine muſcarium, in quo ſemen dependet nigrum, ſolidũ & oblongum, fœniculo proximum, guſtanti acre, & aroma olens: radix candida heracleotici panacis ſimilis, odorata. Aeg. Eius & radix & ſemen adeò calefaciunt, vt menſes cient, flatúſque probè diſcutiant.

φιλυρέα. Troesne ou druyne. offic. halcanne ou héne.

LIGVSTRVM arbor eſt cypri magnitudine, folijs oleę, nigriorib⁹ & latioribus, fructu lentiſci, nigro, ſubdulci, racematim cohærẽte. aſperis naſcitur. Aeg. Tiliæ arboris folia ſylueſtri oleę ſimiliter aſtringũt, quibus cõmãducatis oris vlcera iuuãtur: eorũq; decocto colluũtur: quod etiã potũ vrinã & mẽſes trahit.

κρίνον. Lys.

LILIA coronamentis ſe dedunt, Liria à quibuſdam vocata tradunt & rubra eſſe lilia. Aegineta, Lilii flos temperamẽto mixtus eſt ex tenui ſubſtantia, terreſtri & nonnulla aquoſa temperata: quapropter oleum quoque ex eo cõfectum diſcutiẽdi vires molliendíq; repræſentat, vuluę inflammationibus accom

modatum. Radix ac folia ſiccāt, abſtergunt diſcutiuntq́; mediocriter, quo fit vt ambuſtis conferant: ſuccus ipſorum & neruorum vulneribus cum oxymelite prodeſt.

LIMONION, folia habet betæ, tenuiora & longiora, decem, ſæpe plura: caulem tenuem, rectum, lilio æqualem, ſeminibus rubris ſcatētem, quæ guſtata adſtringunt. Semē tritum, & ex vino acetabuli menſura potum dyſentericis cæliacíſq; prodeſt. rubra fœminarū profluuia ſiſtit. Naſcitur in pratis & paluſtribus. Aegineta, Semen eius auſterum cū vino, cœliacis, dyſentericis, & ſanguinē ſpuētibus datur, item ad fluorem muliebrem acetabuli menſura. λαμώνιον Limoine ou bette de pre.

LINI ſemen ex primo gradu calidū eſt, inter humectantia ſiccantiáq; medium. Manducatum flatus creat, etiamſi frictū fuerit. λινόσπερμον.

LINGVA herba Plinio naſcitur circa fontes. Radix eius combuſta & trita cum adipe ſuis, alopæcias emendat vnguentū inſole. (Eandem alibi lingulacam vocat.)

LYSIMACHIA, quā aliqui lytron appellāt, caules emittit cubitales, altioréſve, fruticoſos, tenues, prodeūtibus geniculatim foliis, tenuibus, ſalicis figura, guſtu adſtringentibus: flore rufo, aut aureo. gignitur in aquoſis & paluſtribus. acerrimum nidorem ſuffita reddit: qua de cauſa ſerpētes fugat, & muſcas interficit. Aegineta, Vim habet excellēter a- λυσιμάχιον. Corneolle, ſoucy deaue, ou pelliboſſe.

ſtrictoriã, qua & vulnera glutinat, & ſanguinem cõpeſcit, tum ipſum, tum ipſius ſuccus: inteſtinorum tormina & potum, & ab inferioribus partibus iniectum ſanat.

λιθόσπερμον. offic. & med. oĩb⁹ Moliũ ſolis.

LITHOSPERMON à ſeminis duritia nomẽ accepit, foliis eſt oleæ longioribus, & latioribus, mollioribus: iacent humi, quæ ab radice exiliunt ramulis ſurculoſis, rectis, tenuibus, firmis, craſsitudine acuti iũci, in quorum cacumine bifidi exortus, cauliculorum ſpeciem exhibent foliis longis, inter quę par uum ſemẽ, rotundum, erui magnitudine, duritia lapidea. Naſcitur in aſperis & æditis locis. Aeg. Alii dioſporon, alij heraclion vocãt herbæ aëtonichi dictæ ſemen eſt lapideum, album, quod cum vino albo potum calculos frangit, & vrinam pellit.

αἶρα. Iuraie ou gaſſe.

LOLIVM, quod inter ſegetes naſcitur. Aeg. Calfacit, ſiccat, tertio fermè ordinè, iridi facultatibus ſimile.

λογχῖτις Nigri ca petti.

LONCHITIS folia habet porri, latiora, rubentia, plurima, ad radicem circunfracta, veluti in terram procumbentia, pauca in caule, in quo flores ceu galericuli, hiantibus comicis perſonis ſimiles, nigri, & è rictu albam exerentes velut linguã, quę ad labrũ inferius ſpectet: ſemen inuolucris clauſum lanceæ ſimile, triangulum: vnde ſibi cognomentum arrogauit, radix dauci. Naſcitur in ſitiẽtibus & aſperis. Radix ex vino pota vrinam

ciet. Altera est lonchitis, quam aliqui asperã lonchitin dicunt. folia scolopendrii emittit, sed asperiora maioráque, ac multo magis diuisa. Folia viridia. Vulneribus mirum in modum prosunt, in eísq; inflammationes excitari non patiuntur. arida pota ex aceto lienem absumunt, vel indurato medentur. Aeg.

LOTVS arbor est vastæ magnitudinis, ferens baccam pipere maiorem, dulcem, cibis gratã, stomacho facilem. Aegineta. Extenuat, siccat, & mediocriter astringit: qua de causa ad fluxũ muliebrem, alui fluores si cũ vino aut aqua bibatur, aut etiam infundatur clystere, salutaris est. pilos defluos cõfirmat. λωτός. Alysier: & bacca, alyse.

Est & in Aegypto LOTVS, quæ in campis flumine inundatis prouenit, caule fabæ: flore paruo, candido, lilio simili, quem tradunt occidente sole comprimi, occludíque: ad ortum autem aperiri. addúntque, caput ipsum vespera aquis condi, & ad exortum solis emergere. Caput quale papaueris, maximum & intus grana ceu milii, quę Aegyptii exiccant, & in panes cogunt. Radicé lotos hæc habet mali cotonei similitudine, quæ cruda coctáque manditur, decoctáque lutei oui qualitatem exhibet. (Aegineta nihil præterea. λωτὸς αἰγυπτία.

LOTVM vrbanũ alii trifoliũ vocant. nascitur in hortis. extractus succus, addito melle, oculorum argema, nubeculas, cæterasque λωτὸς ἥμερος.

caligines discutit. Aegineta, Abstergit, modicè sic. calore temperata est.

λωτὸς ἄγριος. forte hęc off. andacocha, & corona regia.

Syluestris LOTVS nascitur plurimum in Libya. Caulem fert bicubitalem, aut etiã maiorem, multis alarum cauis. folia loto trifolio in pratis nascenti similia: semen fœnogręco, multo tamen minus, sapore medicato. Aegineta, Semen eius cal. secundo, habet nonnihil etiam abstersorium.

θέρμοι. Lupin.

Satiuus LVPINVS non est. Gignũtur & syluestres lupini, satiuis similes, sed omnino minores, qui eadẽ quę satiui possunt. Aegineta, Lupinus esculentus quidẽ obstruendi viribus pollet: amarus abstergit, dissipat, & sine morsu desiccat, lumbricos occidunt illiti, & poti. Viscera purgant cum ruta & pipere potui. Cutis vitia extergunt. tumores dissipant cum oxymelite illiti. Syluestres autem lupini amariores sunt, & omni ex parte satiuo valentiores.

offi. lupulus. gall. houblon

LVPVM salictarium Plinius inter oblectamenta verius quàm cibos numerãt. Caulibus aculeatis longissimis quia in vepribus & salictis reptat, foliis vitis albæ, hispidis & nigrioribus, flore cinereo ac multis exilibus folliculis squamatim compactili. Hoc frugibus admisto Germani suam condiunt ceruisiam. Teneris eius turionibus in acetariis vtimur. Refrigerat, & collectionum impetus lenit. Sedat stomachi inflammationes ex sero potus.

potus. Bilem regio morbo laborantibus detrahit. Pituitã in aqua intercutem exigit per aluum. in capitis dolore, qui medium capitis occupet, eius succus illinitur: item quoties immodicos æstus mitigare necessum sit.

LVTEAE herbæ Vitruuius meminit. Qui nõ possunt, inquit, chrysocolla propter charitatem vti, herba quę luteum appellatur, cœruleum inficiunt, & vtuntur viridissimo colore. (Luteam sunt qui lysimachium interpretentur.)

M

MACER ex Barbaria aduehitur, cortex flauescens, crassus, gustu perquam astringens. Aeg. Cortex est qui ex india importatur, sic. 3. inter calorẽ & frigiditatẽ medium obtinet. Est etiam astringẽs, tenuísq;, vnde cœliacis & intestinorũ torminibus auxiliaris habetur. Porrò macer, siue macis Arabũ, quęre in Moschocario. μάκερ. offi. Macis.

MALABATHRVM arbitrantur aliqui esse Indici nardi folium, falsi quadam odoris cognatione. permulta enim nardũ olent, quemadmodum phu, asarum, niris, secus aũt res se habet. Nãq; malabathrũ folium sui generis est, quod Indicæ gignunt paludes, lentis palustris modo innatãs aquis, sine radice. Id collectũ statim lino transsuitur, & siccatũ reconditur. Tradunt siccatis æstiuo feruore aquis, humum aridis fruticibus vri: quod vbi μαλάβαθρον. offi. foliũ Indicum cinnamomi est, nõ malobathri.

non euenerit, ne amplius quidem renasci. laudatur recens, ex candido nigricans, integrum, nec fragile, odore caput feriens, quòd diu insuaui odore permaneat, & nardum sapore imitetur, nullo salis gustu. Infirmũ verò & minutim contusum, præsertim si cariosum virus olet, vitiosum est. Aeg. Malabathri folium æquales spicæ nardi vires repræsentat.

μαλακόκισσος. off. sigillũ D. mariæ.

MALACOCISSVM Democritus aquilex mollibus hederæ foliis depingit, caule tenero, sese cuicunq; quod fuerit nactus inuoluẽte. Subesse aquam vbi reperitur affirmat.

MALICORIVM in punica malo dicetur.

μαλάχη. Maulue.

MALVA satiua esui longè aptior syluestri. Aeg. Syluestris mediocriter discutit, & emollit. Hortensis autem ceu humidior, etiã imbecillior est. Semen tanto viribus præstat, quanto & siccius est.

μολόχη. trãsmarina rosa.

MALVAM maiorẽ Græci molochen vocant, hãc Apuleius hastulã regiã dixisse mihi videtur: quãuis eadẽ sit asphodeli appellatio.

μῆλα. Pomier.

MALIS omnibus frigida & excremẽtitia inest humiditas, quæ in eorũ censu tenera & aquosa sunt, frigiditate cæteris & humiditate præstant. Dulcia aquosa quidem, non tamẽ manifestè frigida sunt. Austera dulcibus quidem frigidiora, sed minus humida. Acida frigida quidem & ipsa, verũ incidendi humores ventriculo inhærentes vim testantur.

Acerba, cuiusmodi cotonea & struthia sunt, frigido & terrestri donata téperamento, ventrem supprimũt, vulnera glutinant. Pari modo folia succi, & cortices arborũ inter se differunt. Aegineta.

MAMIRAS veluti radiculæ herbæ cuiusdam est ceu geniculis frequentibus nodosis, quæ cicatrices & albugines extenuare creditur, exterendi nimirum facultate prædita. Aegineta. μαμίρας Videi cã doronicũ offi. & herbas.

MAMDRAGORAM, aliqui antimalũ, alii circæam vocãt, quoniam videatur radix ad amatoria conducere. Duo eius genera. niger, quę fœmina existimatur, thridacias appellatus, angustioribus foliis, ac minoribus quàm lactucæ, graueolentibus, in terra sparsis. mala gerit sorbis similia, pallida, odorata, in quibus semen veluti pyrorũ radicibus inhęret bene magnis, binis, ternísve, inter se cõuolutis, nigris foris, intus albis, crasso cortice vestitis. verũ is mandragoras caule viduus est. Alter candidus, qui mas dicitur, nõnullis norion vocitatus. huius folia, magna, alba, lata, læuia, vt betæ: mala quàm alterius duplo maiora, colore in crocum inclinante, iucundè cum grauitate quadam olentia: horũ pomorũ cibo aliquantum opiliones soporãtur. radix, alterius similis, maior & cãdidior, orbata caule. Succus fit è cortice recẽtis radicis tuso, & prælis subiecto: qui insolatus vbi μανδραγόρας. Mandragore.

concreuit,fictili reconditur.Malis quoq; suc cus depromitur,sed aliquanto ignauior.Delibratur radix,& traiectus lino cortex, ad vsum suspenditur. Aliqui radices in vino ad tertias coquunt,& defæcatum ius seruāt,cyathóque vno vtuntur,in peruigiliis,& doloribus,& ante sectiones vstionésque, ne sentiātur.Scarificata punctísq; multifariam aperta radice,erumpens lachryma,cauo vase recipitur.liquamentum autē succo lacteo præstantius est:sed non vbiq;,vt experiētia docet,radices lacteum succum delachrimant. Alium tradunt esse mādragoram, nomine morion, in opacis iuxta specus enatū, foliis albi mandragoræ,minoribus,albis,dodrantalibus,radicē ambientibus,quę mollis est & candida, paulo maior pālmo,pollicemq; crassitudine æquat.Tradūt eam in pane,offa,obsonióve, drachmę pōdere deuoratā,vsum rationis intercipere. Obdormiscit enim homo, eo ferè quo comederit habitu, sensus impos, ternis quaterníſve,ex quo data est, horis. Hac medici vtuntur, cū scindendi, vrēdíq; necessitas adest. Antidotū esse volūt radicē, cū manico salano potā.Aeg.Mandragoras frigefacit 3. Mala ipsius etiā caliditatē quampiam cū humiditate id referunt,vnde soporem grauē homini possunt accersire. At radicis cortex vehementissimus,nō refrigerat modò, sed etiā siccat interior eius pars imbecillior est.

MARRVBIVM, frutex est ab radice ramosus, candicans, subhirsutus, quadrangularibus ramis. foliũ pollicem ęquat, subrotũdum, hispidũ, rugosum, gustu amaro. semẽ in caulibus, & ex interuallis. flores verticillato ambitu, asperi. Nascitur propter ædificia, ruinas, & rudera. Aeg. Cal. 2. amplius autẽ siccat, iecur lienemq; obstructionibus liberat, excreationes è thorace & pulmonibus, mensesq; promouet. Illitum extergit, discutitque, præcipua extersoria incisoriáque vi præditum. — *πράσιον.* Porcum. Marrou. off. prassion viride

MARVM herba cognita vulgò, surculosa, flore origani, foliis multo candidioribus, flore odoratiore. Vim habet sisymbrio consimilem. substringit enim, & modicè calfacit. qua de causa illitu serpẽtia vlcera sistit, & in calidas illitiones additur. iuxta Magnesiam & Tralleis copiosissima gignitur. — *μάρον.* herb. forte mẽtha syluestris

MASTICHE, vide Lentisci resinam.

MEDICA cum recenter prodiit, foliis & caule trifolio pratensi similis est. procedens verò folia contrahit, caules edens trifolii, & siliquas corniculorũ modo intortas, in quibus semen lentis magnitudine dependet. Id siccatum, iucundi saporis gratia, conditaneo sali admiscetur. viride, quibus refrigeratione opus est, illitu suffragatur. Herba tota pro gramine vtuntur, qui pecora alunt. (Aegineta non habet. — *μηδική.* grãd trefle ou foĩ de Bourgongne.

μήδιον. MEDION in saxis & opacis nascitur. folia habet iridis: caulem tricubitalem, & in eo florem grandē, purpureum, rotundum: semine cnici, minuto radicem dodrantalem, crassitudine baculi, gustu acerbo. Aeg. Medii radix vires semini contrarias præ se fert. est enim austera, & fluxiones comprimit, idcóq; muliebrem fluxum sistit. Semē quum tenuis incidentísque sit facultatis, menses quoque proritat.

MELAMPYRO in Myágro describitur.

MELANTHIVM, vide Gith.

μελίλωτος. offic. & vulg. melilot. alii pratellū, ou courōne royalle. SERTVLA Campana laudatißima in Attica & Cyzico & Chalcedone nata. cuius color vicinus est croco, boni odoris. Nascitur & in Campania circa Nolam, colore in luteum languescēte, odore infirmo. Aeg. Diuersis facultatibus pollet: astringendi, discutiendi, & concoquendi.

MELISSOPHYLLON, vide Apiastrū.

ἡδύοσμος. Menthe. MENTHA, cognita herba est. Syuestris mentha, Latini menthastrū vocāt, hirsutiore est folio, & prorsus maiore quàm sisymbrii, grauiori odore: quare minus ad sanorū vsus expetitur. Aegineta, Mentha Cal. 3. tenuis, acris, cum humiditate semicocta existit, cuius causa etiam in venerem incitat. Amari quoq; nonnihil obtinet, quo lumbricos enecat. Qua verò acerba est, recentes sanguinis eruptiones coërcet.

LINOZOSTIS, aliqui parthenion, alii hermûbotanion appellant, foliis cõstat ocymi, minoribus helxinæ cognatis: ramulis duplici geniculorum nodo cinctis, alarũ cauis multis: fructu fœminæ copioso, quandam racemorũ speciem præbente: mari è foliorum sinu depẽdente, paruo, rotundo, ceu binis testiculis vnà cohærẽtibus. frutice dodrantali, aut maiore. vtraq; in oleribus manditur, ad aluũ ciendam. Aeg. Aluum liberaliter subducit illita discutit. Sciendúmq; est, eius semen infricatum corporis excrescentias præter naturam, quas vulgus vocat narphia, abolere, sicut experientia comprobatum est. Sed viride semen esse oportet, & frequenter tuberculis illis infricari. λινόζωστις Mercuriale.

MESPILVS, quę à nõnullis Aronia vocatur, spinosa arbor est, folio acutę spinę: fert pomum suaue, exiguum, tribus intus ossiculis. qua ex causa id nonnulli tricoccon appellauere. tardè maturescit, esu adstringit, stomacho gratum est, aluumq́; supprimit. Alterum mespili genus in Italia nascitur, quod aliqui setanium, alii epimelida vocant. arbor foliis mali, sed minoribus: pomũ fert rotundum, esui aptũ, vmbilico latiore: quod astringit, seróque maturescit. Aeg. Mespila, alii tricocca vocant, fructus est affatim acerbus, & vix esculentus, aluúmq; continens. Germina foliáque mespili impensè acerba sunt. μέσπιλος Neflier, meflier. 16

μῆον. offi. anet sauuage ber. anet tortu.

MEON, quod Athamanticũ vocant, in Macedonia & Hispania plurimũ gignitur, anetho folijs & caule simile, sed eo crassius binũm fermè cubitorum altitudine attollitur, sparsis in obliquum rectúmq; radicibus, longis, tenuibus, odoratis, linguam excalfacientibus. Aeg. Mei radices Calefa. 3. sic. 2. idcóq; vrinam & menses cient. Liberalius meon assumptum, capitis facit dolores.

μύαγρος. Cameline ou camamine.

MYAGRON, aliqui melampyron vocãt herba est surculacea, foliis rubiæ, pallidis, trepidanea. semen oleosum, fœnogręco simile. Quod contusum igni torrent, perunctísque virgis ad lucernarum lumina vtuntur. hoc pingui, scabritias corporis lęuigari, atque expoliri, constat. Aegineta, Quod in semine oleosum habetur, viribus est opplendi. Perperam apud Aeginetam duobus in locis, primum in Myagro, dein Myaro, eadem de re tractatur.

MYLES radix paruo bulbo similis est, constringit: itaque cum lolii farina apposita vterũ apertũ sanat. Galenus: (Eandẽ esse apparet Dioscoridi dictã Moly. itaq; illius descriptionem hinc emendare poteris.

MILIARIA herba milio gentilis est: nomen habet, quod milium implicãdo enecet. Hæc trita, & cornu cum vino infusa, podagras iumentorum sanat.

MILITARIS, vide Lactoris.

MILIVM in panes coactum, minus cæteris frugibus alit. Aeg. Miliũ frig. 1. sic. 2. Habet etiam modicam extenuandi facultatem: extrinsecus igitur in sacculis ad fouendũ adhibitum, & illitum desiccare consueuit. κέγχρος, Milet

MILIVM Indicum in Italiam Neronis principatu conuectum, nigrum colore, amplum grano, arundineo culmo: Adolescit ad pedes altitudine septem, prægrandibus culmis, lobas vocant, omnium frugum fertilissimum. Ex vno grano terni sextarij gignũtur. Seri debet in humidis. κέγχρος. ινδικός. Miliũ saracenicũ .i. pegrinum

MYRIOPHYLLVM, siue millefolium, caulis est tener, singularis, vnica nixus radice: plurimis foliis, læuibus, fœniculo similibus: vnde nomen accepit. caulis flauescit varius, ac veluti ex industria delimatus. nascitur in palustribus. Aegin. Adeò siccat, vt vulnera glutinet. μυριόφυλλον. Mille feuilles

MYRICA, seu tamarix, arbor vulgò cognita est, cũ apud pigras & stagnantes aquas enascatur, fructum quasi florem ferens compage muscosum. Aegyptus Syriáque alteram gignunt mitiorem, syluestri cætera similem. Fructum parit gallę proximum, inæqualiter astringẽtem gustu. Aegin. Tamarix incidit, extergítque, ita vt manifestè nõ siccet, sed astrictionem quoq; nonnullam obtineat, qua de causa decoctũ ipsius potũ lienes adiuuat, dentiúmque doloribus medetur. Fructus & μυρίκη. Bruyre. huius radix casia off. vocãt & pro odorata casia vtũtur

cortex ipsius, gallæ virtute proximus est. Cinis arboris vehementius exiccat.

μύῤῥα. Myrrhe MYRRHA lachryma est arboris, quæ in Arabia gignitur, Aegyptiæ spinæ nō dissimilis. è cuius vulnere defluit lachryma in subiectas tegetes. alia circū caudicem cōcrescit. Dicitur ex his aliqua pediasimos, prępinguis qua expressa, stacte emittitur. alia gabirea, pinguissima, læto & pingui solo nascens: ea copiosam sudat stactem. Omniū prima est, quę troglodytica appellatur, accepto cognomine ab loco, in quo prouenit, splendēs, subuiridis, ac mordēs. quinetiam legitur tenuis quædā, quæ à troglodytica secunda est, bdellij modo mollis, verū odore grauiuscula, apricis nascens. Alia caucalis cognominatur, prętermodum exoleta, nigra, & retorrida. Omnium deterrima, quę ergasima dicitur: pingui carens, cano situ obducta, acris, ad gūmis imaginem vergens, & viribus eius proxima. improbatur aminnea cognomine. Ex iis pastilli fiunt, sed è pinguibus pingues, & odorati: è siccioribus haudquaquā pingues, & inodorati. minus odore pollet, quæ oleum non admisit, cum in pastillos digerebatur. Adulteratur macerato gūmi aqua, in qua myrrha madduerit. Eligenda est recens, squallore obsita, leuis, vndique concolor, quæ confracta venas vnguium modò candidas & læues ostendat, minutis glebis, amara, acris, odorata

calfaciens. superuacua & inutilis est ponderosa, coloris picei. Fit è myrrha, perinde atque thure, fuligo, & (vt postea ostendemus) ad eadem côueniens. Bœotica myrrha, dicta radix est arboris cuiusdam in Bœotia nascentis. Melior est quæ myrrhã odore repræsentat. Aegineta, Cal. sic. 2. Capitis vulnera si illinatur glutinat. item amarã vim obtinet, qua ventris lumbricos & fœtus occidat. ad hæc abstergit, eoq; ocularijs medicinis temperatur. humores pectori infixos expurgat, ita vt fauces nõ asperet. Bœotica myrrha vires habet calefaciendi, emolliendi, & dissoluendi.

MYRRHIS, simillima est cicutæ, caule foliisque. radix ei oblonga, mollis, rotunda, cibo non insuauis. Aegineta, Calid. 2. ac nonnihil etiam extenuat. radix illi odorata dulcísque est, mensibus mouendis, & humoribus è thorace ac pulmone repurgandis idonea. μυῤῥὶς. cicutaria.

MYRTVS satiua nigra vtilior est medicinæ quàm cãdida, & in hoc genere multò magis montana. semen tamen imbecillius parit. μυρσίνη. Murte

MYRTIDANVM dicitur myrti adnatum inęquabile, verrucosum, intumescénsq; & cõcolor. quod perinde quasi manus myrti caudicem amplectitur. magis quàm myrtus adstringit. tusum addito austero vino reponitur, coactúmque in pastillos siccatur in μυρτίδανον.

vmbra. multo efficacius & folio & semine, cerato, pessis, insessionibus, cataplasmatis admistum, vbi adstrigendum aliquid est. Aeg. Myrtus ex diuersis composita est substãtiis, pollet in ea terrestris frigiditas, qua valenter siccat. Myrtula verò, seu myrtidanum, maiore vi in astringendo & siccando scatet. Folia etiam aridiora viridibus magis siccant. Fructus succúsque, tum foris applicati, tum intus assumpti, persimiles vires præ se ferunt.

μιθριδάτον.

MITHRIDATION folia habet, inquit Plinius, duo à radice acantho similia, caulis inter vtraq; sustinens florem roseum.

μύξα. Myxaria fructus offi. & sebesten

MYXA arbor Damascenæ pruno popularis, in Syria & Aegypto olim gignebatur, nunc est familiaris Italiæ. Fructus etiam myxa, vel myxaria dicũtur, olim Sebasti, in Augusti honorem, vt verisimile est. Aegin. Arboris fructus est minor quidem prunis, facultate verò consimilis.

μῶλυ.

MOLY folia habet graminis latiora, humi sparsa: florem albæ violæ similem, sed minorem, lactei coloris: caulem candidum, quaternûm cubitorum, in cuius cacumine inest aliquid quod allij speciem referat. radix parua, bulbosa, quæ mirum in modum valet ad aperiendas vuluas, si trita cum irino vnguento in pesso subiiciatur. (Aeg. non habet, præter rutam syluestrem.) Vide Mylen.

Aliud MOLY in ruta syluestri describitur.

MOLYBDAENA herba, id est, plumbago, Plinio in aruis nascitur, folio lapathi, radice crassa, hispida, qua commanducata, oculisque subinde religata, plumbum (quod est genus vitij) ex oculis tollitur. μολύβδαινα. offic. maior persicaria

MOLLVGO hippophæstum est.

MORI fructus maturus quidem aluũ subducit, & medicamentis stomaticis aliis, quæ moderatam requirunt astrictionem, vtiliter miscetur: immaturus vbi exaruerit, perquàm astringens fit medicamentum: cortex autem radicis arboris etiã amaritudinis cuiusdam particeps, purgare potest, eoq; latos lumbricos occidit. foliorum autem surculorúmque vis subducentium & comprimentium media quodammodo existit. Aeg. συκάμινος. Meurier

MOSCHOCARYON, vel moschocarydion Græcis recẽtioribus appellatũ India mittit (nos ea imitatione nucem moschatam nominamus) Hic fructus dum recẽs est, totus succo pingui & oleoso madet, sic vt in vnguentum exteri possit. vnde multis myrepsica, seu myristica, id est, vnguentaria nux dici cœpit. Probatur recens, quæ nullam senserit cariem, ponderosa, præpinguis, colore in rubrum inclinato. Aluum astringit, distendentes stomachum spiritus discutit, oris suauitatem commendat, stomachum & iecur roborat. Lẽtigines in facie, & impetigines emẽdat. lienem incremento laborãtem reprimit. μοσχοκάρυον. Noix muscade

Apud Aëtium Caryon hoc aromaticum (sic enim vocat) calefacit siccat.2. Arabes macis nomine extimā intelligūt huius nucis membranam vel folliculum. Antefertur is qui colore ruffo vel flauo rutilet, odore suaui, cum leui acumine. improbatur nigricās. Sic.3. partiumq; tenuitate præstat, cæteras habens suæ nucis dotes. Arbos autem ipsa vulgari Persico similis traditur, roseo flore, & nuce, quam declarauimus, eiusdem propè effectus cuius & caryophyllon.

βρύον. Bryon, id est MVSCVS, à quibusdam spiachnon appellatur. in cedro arbore, populo alba, & quercu inuenitur. Optimū est cedrinum: proximum populneum. in quo genere candidum & odoratius præstat, nigricans improbatur. Aeg. Inuenitur etiam in piceis. Discutiendi simul & molliendi vim moderatam obtinet.

βρύον θαλάσσιον. Marinus MVSCVS nascitur in scopulis, testaccisque, haud procul à mari, gracilis, capillaceus, caulis expers. Aegin. Refrigerat simul & astringit, eoque feruentes inflāmationes illitum adiuuat.

βουνιάς

N

NAPI cocta radix inflat, modicum alit semen eius totum venenorum vires hebetat. antidotis admiscetur. Conditur sale radix. Aeg. Napus

& rapa si bis coquatur, nihilominus quàm reliquę stirpes alunt: continuè autem assumpta, crassum succum procreant.

NARCAPHTHVM ex India defertur, corticosum, simile sycomori libro. quod iucũdi odoris gratia suffitur. Miscetur thymiamatis compositis. Aeg. Naocãthon, sunt qui nacaphthon dicunt, Indicum est odoramentum, quod ad astrictos fœminarum locos suffitu vaporatur. Nabach. Lasahatẽ

NACISSVM sunt qui, vt lilium, lirium appellarint. folia porro similia, tenuia, multo minora, & angustiora: caulis vacuus, & sine foliis, supra dodrantem attollitur. flos albus, intus croceus, in quibusdã purpureus: radix intus alba, rotunda, bulbosa: semen velut in tunica, nigrũ, longũ. probatissimus nascitur in montibus, suaui odore. cæteri porrum imitantur, atque herbaceum virus olẽt. Aegineta, Radix eius adeò desiccat, vt maximis vulneribus sit glutinandis: imò etiam tendinum præcisionibus confert. Cæterum abstergendi & attrahẽdi vim quandã habet. νάρκισσος Narces.

Duo NARDI genera: vnum Indicum, alterum Syriacum appellatur, non quòd in Syria proueniat, sed quòd mõtis in quo oritur, pars vna ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur. Ex hoc Syriaci genere præcipuum est recens & leue, largam gerens comam, flauum colore, perquàm odoratum ac cyperum νάρδος

redolēs, breui ſpica, amaro ſapore, linguam ſiccāte, quod diu in ſua odoris gratia perma neat. Ex indicis autē nardum quoddā Gangitis vocatur, à fluuio Ganges, apud quē enaſcitur, montem preterfluente. quod genus ob multam loci, in quo prodit, vligit.é, viribus infirmius eſt, atque procerius adoleſcit, plures ferēs ſpicas ab vnica radice comoſas, vnáque conuolutas, ac grauiter olentes. Montanum autem odoratius, ſpica breui ac mutila, odore cypero vicino, cæteras habens Syriaci dotes. Eſt & genus quoddam, cui Samphari tico nomē locus indidit, frutice breui, in magnas ſe ſpargens ſpicas, candidiore interim medio caule, hircorum virus ſupra modum redolente: quod improbatur. Madefactum vendi ſolet. quod vitiū ex eo deprehenditur, quòd candida ſit ſpica, & ſqualida, nulloque puluere obſita. Adulteratur ſtibio cum aqua aut palmeo vino, inſpiſſationis ponderíſque cauſa inſpirato. Intueri autem oportet ſi lutū radicibus inſideat, & incerniculo puluerem excutere, eluendis manibus vtilem. Aeg. Spicæ nardi radix cal. 1. ſic. 2. particeps eſt etiam aſtringētis cuiuſdam qualitatis, acris & ſubamaræ. Iocinori prodeſt & ſtomacho, extrinſecus admota & ebibita. Vrinā mouet, & interaneorum fluxiones deſiccat. Indica valentior eſt quàm Syriaca, & nigrior.

νάρδος κελτική. Celticū NARDVM naſcitur in Liguriæ

Alpibus, saliũca patrio nomine appellatum, prouenítq; in Istria. Exiguè fruticat, & cum radicibus in manuales fasciculos componitur. Folia habet oblonga, colore in flauum languido, florem luteum. Cauliculorum & radicum duntaxat vsus est, & odoris suauitas: vnde pridie fasciculos aqua abluere expedit, & exempta terra pauito solo atque humenti subiecta charta reponere, postridie repurgare. siquidem vtile, cum aceroso alienoque propter humoris vim, non excutitur. Adulteratur imposita herba simili, quæ hirculus vocatur, ab odoris grauitate: sed facilis cognitio. namque herba candidior est, sine cauliculo, minoribus foliis, radice neque amara, neque odorata, vti verum nardum est. Itaque radices atque cauliculi, abiectis foliis triti secernuntur, vino excipiuntur, digeruntúrque in pastillos, & ita fictili nouo diligenter operto, asseruari debent. Laudatur maximè recens, iucundi odoris, radice numerosa cohærens, plenum, nec fragile. Aegineta, Nardus Gallica superiori vires habet æquales, sed imbecilliores, prçterquam ad vrinam ciendam, calidior enim est quàm illa, minúsque astringit.

Montanum NARDVM, quod ab aliquibus thylacitis & niris appellatur, in Cilicia & Syria nascitur, surculo & foliis eryngio similibus, minoribus, minimè tamen spinosis νάρδος ὀρεινή

aſperisq;. Radicibus binis nititur, aut pluribus, nigris, odoratis, ceu haſtulæ regiæ, ſed longè gracilioribus, & lōgè minoribus. Neque caulem, neq; fructum, neq; florem profert. Ad eadem, ad quæ Celticū, efficax. Aeg. Nominatur etiam pyritis, iam commemoratis eſt infirmior.

καρδάμον. NACAPHTHVM. Vide Narcaphthum

Naſitert ou creſsō de iardin NASTVRTIVM optimum conſtat eſſe Babylonicum. Aegineta, Semen eius ſinapis modo vrit, vnde etiam illitum cutem exaſperat. Craſſos humores cum aliis potum incidit. Herba quidem arida ſemini viribus reſpondet humida moderatior eſt, ideoque crudam ipſam aſſumunt.

νήριον, ῥοδόδενδρον. Roſages NERION aliqui rhododaphnen, alij rhododendron vocāt, frutex eſt vulgaris notitiæ, longioribus quàm amygdala foliis, aſperioribúſque: flore in roſam conformato: fructu nuci græcæ ſimili, corniculato, qui patefactus quandam lanoſam naturā oſtendit, ſpinarum pappos repræſentātem: radice longa, acuta, lignoſa, guſtanti ſalſa. naſcitur in amœnis, maritimis, & ſecus amnes. Aegineta. Nerion extrinſecus illitū diſcutit: in corpus aſſumptum occidit.

NIGELLA quære Gith.

νυμφαία offic. Nenuphar NYMPHAEA naſcitur in paludibus & ſtagnantibus aquis, foliis fabę Aegyptię, minoribus, & longioribus. aliis in ſumma aqua

aliis demersis, pluribus ex radice eadem prodeũtibus: flore lilio simili albo, & in medio crocos habente, cum defloruerit, vt rotũdum malum, aut papaueris caput, extuberat. nigro semine, denso, & lato, lenti gustus. caulis est læuis, niger, minimè crassus, ciborio cognatus. radix nigra, scabra, clauæ similis, quę autumno sequatur. Nymphææ nomen sibi vendicasse videtur, quoniam aquosa amet. plurima inuenitur in Elide, in Anygro amne, & in Bœotiæ Aliarto. Est & altera nymphæa, cuius flos blephara dicitur, foliis antedictæ, radice alba, scabra, flore luteo, nitente, rosæ simili. Nascitur in Thessalia, amne Peneo. Aegin. Nymphæa vires habet, sine rosione siccas, quibus & ventrem reprimit, & genituram arefacit. Quæ radicem albam habet, valentior est, eoque fluxum muliebrem cũ vino nigro & austero pota persanat. Quæ verò nigram, detersoria quoque vi nonnulla pollet, eáque vitiligines, alphos dictas, cum aqua exterit: pilorum defluuia cũ pice liquida illita replet.

vulg. iaulnet deau, ou choudeaue

κάρια ποντικά.

NVCES auellanæ, quas & leptocarya vocant, stomacho infestæ sunt. Aeg. Vocant & ponticas. frigidiores sunt, & austeræ: in cæteris, iuglandibus ęquales.

Noysette ou auelaine

κάριον βασιλικὸν, ἢ περσικὸν, noix

NVCES iuglandes, quas nõnulli Persicas vocãt. Aegin. Nucis arboris coliculi aliquid habent quod astringat, plurimum iuglan-

dium calyx puluinatus. ſuccus itaque eorum decoctus cũ melle, ſtomaticũ fit medicamentum. Interius inde putamen carinatũ vſtum extenuãdi vim acquirit, & ſine roſione ſiccat. Quod in eo clauditur edendo aptũ, natura oleoſum, facilè bilem auget. Confectum ex eo oleum extenuandi tumores, & putredines quas ſepedonas dicunt, diſcutiendi vim obtinet. Flacceſcentes itidẽ vetuſtate nucis membranæ, cutis vitia abſtergunt.

κάρυον ἰνδικόν. La grãde noix

NVX Indica à recentioribus Græcis recenſetur. Fructus palmæ cuiuſdam Indicæ præmagnus atque pinguis, cuius oleum butyro quoque præferunt, bonitate ſucci. Calefacit ſecundo, humidat primo. Biliofis eo vſu interdicitur. Tineoſis ventris animalia pellit. Oleum quod ea exprimitur, cum ſentit vetuſtatem, flatus digerit. Lumborum & genuum dolores mulcet. Sanguini à ſpiraculis venarum ſedis mananti ſublinitur ex oleò, quod nuclei malorum Perſicorum red diderunt. Veſicæ quoque malis opitulatur, & aluum ſiſtit oleum quod recens nux ſtillauit.

O

ὠκιμοειδής. offic. & herb. alba cacia

OCIMOIDES, Latini ocimaſtrum vocãt, folia fert ocimi, & ramos dodrantales, hirſutos: ſiliquas hyoſcyamo ſimiles, ſemine vt gith nigro, prægnantes. Aeg. Sunt qui philetærion

vocent. Inutilis quidem radix est: semẽ verò particulis tenue, citra rosionem siccans. vulg. portulaca

OCIMUM vulgò cognitum. Aegin. Cal. 2. habet & humiditatem quandam excremẽtitiam, propter quam neque vtile est intus assumptum: extrinsecus autem illitum discutit, & concoquit. ὤκιμον Basilic

OCYMUM pabuli genus apud antiquos erat, segete viridi, dissecta, antequam gereret siliquas: eo citabant aluum bubus. Varro dictum putat à celeritate proueniendi. ὤκυμον. Dragee aux cheuaulx

ODONTIDES fœni genus fruticosum, triangulis flagellis, geniculatis, nigro articulorum nodo, foliis polygono lõgioribus, hordei semine in alis, cauliculis dẽsis, ab eadem radice geniculatis, flore purpureo pusillo: nascitur in pratis. Dentium dolori medetur cauliculorum eius decoctum in vino austero: inde ductum nomen. ὀδοντίδες. Rust. fœnana

OENANTHE folia habet pastinacæ: florem candidum: caulem crassum, palmi altitudine: semen atriplicis. radicem magnam, in multa rotunda capitula extuberantem. nascitur in petris. Caulis eius, & folia, cum mulso vino pota, secundas eiiciunt. Radix è vino, vrinæ stillicidio conuenit (& regio morbo, vt Paulus adiecit, Dioscoridem citans.) οἰνάνθη.

OENANTHEN diuersam in Vite syluestri dedimus.

ἐλαία. Oliuier OLEAE ramusculi quantum astringunt, tantum etiam refrigerāt. Fructus qui exactè ematuruit, moderatè calidus est. Immaturus maiorem tum astringendi, tum refrigerandi vim repræsentat. Aeg.

ἐλαίας αἰθιοπικῆς δάκρυον. LACHRYMA quā Aethiopica olea stillat, scammoniæ similis quadantenus est, fulua, stillis exilibus constans, mordax. quæ autem ammoniaci, aut gummi similitudinē refert, colore nigricans, nec gustu mordens, supervacua est. Nostrates oleæ, oleastríque, similem lachrymā sudant, quæ commodè ad oculorum hebetudines illinitur. Appellatur antem Aethiopica & agrestis olea. Aegineta, Oleæ Aethiopicæ lachryma ammoniaco tenui similis, vires habet extersorias: quare ad cicatrices, albugines, hebetudinésque oculorum ea vtuntur, & ad dentium dolores, si cauis ipsorum iniiciatur, efficax est. Nonnulli verò syluaticam esse hanc oleam asserunt.

ὀνάγρα. ONAGRA, siue onothera, aut onuris, frutex est arboris instar, prægrandis, amygdalino folio, sed latiore, lilio non dissimili: flore rosaceo, magno: radice candida, longa: cū siccata est, vinum olente. nascitur in montibus. Aqua in qua radix maduerit, in potu data, feras mitigat, & cicures facit. illitu quoque tetra vlcera mulcet.

ὀνόβρυχις. ONOBRYCHIS, folia habet lentis, lon-

giora paulo, caulem dodrantalem, florẽ purpureum, radicem paruam: naſcitur in vliginoſis & incultis. Herba ſuapte vi, ſi trita illinatur, tubercula diſſipat. cum vino pota, ſtrangurias ſanat. illita ex oleo, ſudores mouet. Rarefacit, & diſcutit. Reliqua ſunt eadẽ Dioſcoridi.

ONOSMA, oblonga folia habet. ad ſimilitudinem anchuſę, longitudine quatuor digitorum, & vnius latitudine, mollia, in terra iacentia, ſine caule, ſine ſemine, ſine flore. radice nititur longa, tenui, infirma, rubeſcẽte. gignitur in aſperis. Aegineta, Onoma, vel onomis, vel phlomitis, vel ononis, acrem amarámq; vim obtinet, eámque ob cauſam folia eius cum vino pota, fœtus occidunt, expellúntq;. (Hippocrates, Onoſma ſimpliciter radicem appellaſſe mihi videtur. ὄνοσμα.

OPIVM optimum habetur graue, & denſum, guſtu amarum, odoratu ſoporiferum, quod facilè aqua diluitur, læue, candidum, neque aſperum, neque grumoſum, quod inter colandum non vt cera coëat, & in ſole diffundatur: dein admotum lucernis, non atra luceat flamma: extinctum denique, odoris vim cõſeruet. Sed opion glaucio, gummi, aut ſylueſtris lactucæ ſucco adulterant. Verũ glaucio fucatum, in dilutione croci colorem reddit. lactucaceo ſucco fictum, exiliter ſpirat, & aſperius ſpectatur: gummi vitiatum, Papaueris ſuccus

splendescit, & infirmum est. Nec desunt qui eò dementiæ deuenerint, vt adipem ei admiscerent. Fictili nouo torretur ad oculorũ medicamenta, dum mollius atque ruffius appareat. Hoc autẽ modo is excipitur succus. Aliqui capita ipsa & folia tundunt, & prælo exprimunt, terentésq; in mortario digerunt in pastillos: id meconium vocatur, multũ opio ignauius. Porrò opij faciundi ratio hæc est, Cũ ros in eo exaruerit, cultro decussatim in stellas, ne penitus adigatur, ex obliquo in rectum summam cutẽ incidere oportet, lachrymam exeũtem digito in concham abstergere: nec multo pòst redire, vt cõcreta inueniatur. etenim quæ tum, aut postero die etiã offenditur, in vetere pila teri debet, & in pastillos cogi. Cũ tamen inciditur, retrocedẽdum est, ne vestibus succus deradatur. Aeg. Papauer, quod prolixiore & proceriore cõstat calyce, medicatius vniuersis est: quapropter stuporẽ inducit, quousq; interimat. Nam & ipsum, & eius lachryma, quam per excellentiã opion nũcupant, quarto refrigerantium abscessui ascribuntur.

OPOPANAX, lege Panaces.

obier ou opier OPVLVS corno similis arbor, arbusto Gallico faciundo idonea, vlmi proceritate adolescit, caudice recto, enodi, rarioribus ramis brachiato, frondibus ferè vitigneis, baccis racematim dependentibus, prima puber-

tate viridibus, à maturitate puniceis. Ieiunũ solum horret. Vitem alit: verum quia frondẽ non habet idoneam, à plerisque repudiatur. Nullus eius in medicina traditur vsus.

Testiculus, quem Græci cynosorchin vocãt, foliis circa caulem mollis oleæ similibus in terra stratis, longioribus angustioribus, leuibus caule dodrantali: floribus purpureis: radice bulbosa, oblonga, oliuæ modo angusta, duplici ordine: superiore, quę plenior est inferiore, quæ mollior ac rugosior. Eduntur radices coctę, vt bulbi. nascitur in petrosis, & sabuletis. Testiculus alio nomine serapias, Andrea authore, vocatur: quoniam radix ad multa vtilis fit. foliis est porri, latioribus, oblongis, pinguibus, ex alarũ sinu inflexis: caule palmeo: floribus penè purpureis, radice testiculis simili. Aegineta: Maioris in cynosorchi radicis humida vis & calida est, cóque venerem incitat. Minoris calida & sicca, vnde venerẽ coërcet. Serapias, vel thriorchis, priore valentius desiccat, quare laxos tumores dissipat, vlcera sordida & putredini obnoxia repurgat, herpetas abigit: inarefacta autem magis siccat. Quoniam verò substringere idonea est, aluum quoque cum vino pota retinet.

ὄρχις. offi. testicul' canis & satyrion min'.

σεραπιάς

ὀρεοσέλινον. Nõ ẽ apiũ mõtanum.

OREOSELINVM, caule est dodrantẽ alto ab radice tenui exeunte: per cuius ambitum rami & capitula cicutæ, multo tamẽ te-

nuiora: semine cumini, oblongo, acri, & odorato, tenui. nascitur in petrosis, & montibus. Nec hallucinari nos oportet, existimantes oreoselinum esse, quod in saxis prouenit. aliud enim est petroselinum. Aegineta, Viribus domestico aequale est, validius tamen.

ὀρίγανον. Origane ou mariolaine d'angleterre.

ORIGANVM Heracleoticum, quod & cunilam vocant, folium habet hyssopo non dissimile, vmbellámque nō in rotæ speciem orbiculatam, sed veluti multifidam, semine in summis virgis haudquaquam denso.

ὀνῖτις. Mastichma herba vulg.

Quæ onitis appellatur, candidiore est folio, & hyssopo similior. Semen veluti coniunctos corymbos habet. Vis ei origani Heraclei, sed multo inefficacior.

ὀρίγανον ἄγριον.

Syluestre origanum, aliqui panaces Heraclion, alii cunilam vocant, ex quibus est Nicander Colophonius: foliis est origani, ramis tenuibus, dodrantem altis, in quibus vmbellæ anethi insunt, flores candidi, radix tenuis, superuacua. Peculiariter percussis à serpente, folia & flores ex vino poti auxiliātur. Aeg. Omnia origani genera incidendi, extenuandi, siccandi, & calefaciendi vires in tertio abscessu ostendunt.

ὄρυζα. Riz ou hordeū gallaticū

ORYZA frugum generis est, in palustribus riguísq; nascens. Mediocriter alit. Aegi. Vim quandam astrictoriam præ se fert, qua etiam ventrem mediocriter cohibet.

ORNEOGLOSSON arbor est vlmi specie, foliis amygdalæ, prælõgis siliquis in surculorum cacumine prodeuntibus oleagina magnitudine, in quibus medulla inest linguæ auis similis, vnde nomẽ: exterius rubra, intus ex candore in luteum vergens: sapore acri, cum nonnulla amaritudine, Ea cal. 2. laterum dolores sedat, vrinam ciet, venerẽ stimulat, genituram auget. ὀρνεό-γλωσσον. off. lãgue doysel.

ORNITHOGALVM cauliculus est tener, candicans, tenuis, sesquipedalis, tribus aut quatuor in cacumine mollibus agnatis, à quibus flores prodeunt, foris herbacei: & cũ hiantes se pãdunt, lactei visuntur: inter quos dissectum, cachryos modo, capitulum emicat. Coquitur cum pane, vt melanthium. radix bulbosa, cruda & cocta manditur. (Aeg. non scripsit.) ὀρνιθό-γαλον. Churles.

ORNVS arbor satis procera, caudice tereti, læui cortice, spisso, ramulis vtrinque pinnatis, folio fraxini, paulo profundiorib⁹ crenis per ambitũ serrato, bacculis racematim coactis, ab adolescentia rubescentibus, secundum maturitatẽ ex purpura nigricãtibus, sapore ex acido in amarũ degenerante, mespilaceo quasi concretu, multo graciliore. Habitu reliquo & effigie tota fraxinum æmulatur. quare Lucio Columellæ orni syluestres fraxini sunt, foliis quàm cæteræ latioribus, nec deteriorem frondem, quàm vlmi præ- Fresne chãpestre.

ſtant. Capræ autem & oues libentius etiam hanc frondé appetunt. Aſperis & ſitientibus locis gaudet, mõtes amat: In plana etiã deſcẽdit, ita vt viti quoq; copuletur. folia ex vino bibuntur ad iocinoris & laterum dolores, aquæ ſubter cuté tumores reprimunt. Corpus obeſum ſenſim ad maciem reducunt, ſi cum vino terantur ad virium portioné, ita vt puero quinq; folia tribus cyathis dentur, robuſtioribus ſeptem quinque vini cyathis. Scobs eius & ramenta perniciosa traduntur, proin de vitanda.

ὀροβάγχη
Tenic.

OROBANCHE cauliculus eſt ſeſquipedalis, & interdum maior, ſubruber, hirſutus, tener, ſine folio, pinguis: flore ſubalbido, & in luteũ vergente: radice digiti craſſitudine, &, cum ariditate flacceſcit caulis, fiſtuloſa. Hanc inter quędam legumina naſci conſtat, & ea ſtrãgulare. vnde orobanche ſibi cognomẽtum vſurpauit. Eſtur, vt olus, cruda, & in patinis, aſparagi modo decocta. legumentis addita, coctionem accelerare creditur. Aegineta, Frig. fic. 1.

ὄσυρις.
offi. linaria.

OSYRIS, frutex eſt niger, ramulos ferẽs tenues, lentos, fractúque contumaces: & in his folia quaterna, quina, ſenáve, ceu lini, nigra in initio, dein colore mutato rubeſcẽtia. Decoctum eius potum, iuuat arquatos. Aeg. Oſyris, è qua ſcopæ fiunt, amara eſt, & iecoris reſerandi vires habet.

OSTEOCOLLON Macedones vocant herbam saxis & mœnibus familiarem, medici polygonion, aliqui talantion, vulgus symphyton appellant. Perpetuò viret, viuítq; foliis vidua: ramulos instar iuncipensiles, cirrosos, tenuioris proceriorisque sparti similes spargit. Hac tradunt dissectas carnes coalescere, si coquatur vnà, itidē ossa fracta ferruminare. ὀστεόκολλον. Symphyton uulg.

OTHONNAM aliqui maioris chelidoniæ succū esse aiunt. quidam glaucii. alii succū floribus corniculati papaueris expressum. alii permistos cœruleæ anagallidis, hyosciami, & papaueris succos, esse contendunt. alii Trogloditicæ cuiusdam herbæ succum, quæ othonna vocatur: nascíq; eam in eo Arabiæ tractu, qui ad Aegyptum spectat. Othonna foliis erucæ, perforatis cribri modo, & veluti à tinea derosis, squalore obsitis, paucis, flore croci, latifolio: quare quidam anemones speciem esse putauerunt. Aliqui tamen affirmant, lapidem esse Aegyptium, in Thebaide nascentem, exigua magnitudine, æreo colore, gustu, cum feruore quodam & astrictione mordaci. Aegineta, Othonna detergit, eroditq;, omnia quę claritati oculorum officiunt exterens. ὀθόννα.

OXYACANTHA Quærę Acuta spina.

OXYAN Græci fagi genus alterum vo- ὀξύα.

Nõn est ornus. cant. Lydi Myson, nostri Sciffimã: in tenuissi mas enim secatur laminas. Glandiferã non est, abietis aspectu, florens, erecta, enodis, illi crassitudine proceritatéque ferè æqualis, materia colorata, robusta, neruosa, cortice leui, folio crasso, bifido, longiore quàm pyri, per extremum aculeato. Fructus glandea effigie læuis, calyculo includitur echinato quidem, sed placido ac blando, nec vt castanea hispido, cui nihilominus similis est & dulcedine & succo. Radices arbor nec multas nec altas agit, quæ summo cespite gaudeant. Minoribus nauibus cõmendatur: ad carinas, itẽ ad testudinẽ plaustrorum, vectabulorúmque vilem fabricam specie visenda.

pain à cocu, offic. trifoliũ acetosum, ou alleluya.

OXYS herba Plinio à sapore dicitur, tribus tantum foliis.

P

πaονία. Piuoine.

PAEONIA, siue glycyside, Græcis aliquibus Pẽtoboron dicitur. sunt qui Idæos dactylos radicem pæoniam vocant. caulis altitudine sesquipedis adolescit, comitãtibus multis stolonibus. Huius duo genera. mas folia iuglandis habet: in fœmina verò, smyrnii more diuidũtur. summo caule siliquas emittit, veluti græcas nuces. in quibus, cum dehiscunt, multa granula rubra, acinis punicorum similia, inueniũtur, & in medio nigra, quinq; aut sex, purpurea. radix maris tenuis, digitali crassitudine, &

palmi longitudine, gustu astringẽs, alba: fœminæ radicibus ceu glandes circiter septem aut octo inhęrẽt, vt in hastula regia. Aeg. Ali qui pẽtameron vocant. radicẽ habet acrẽ, & leuiter subamaram, & siccantẽ cum nõnulla astrictione. menses cit, renes & iecur purgat instar amygdalæ pota cum vino: quod si austerum sit, alui quoque fluores coërcet. ad. alligata verò puero, morbum comitialem abigit.

PALIVRVS frutex cognoscitur aculeatus, durus, cuius semen pingue & fuliginosum inuenitur. Aegineta, Paliuri folia & radix astringunt, eóque aluum fluentẽ sistunt: tubercula, quæ dicuntur phymata, non nimis calida discutiunt. Semen eius tam vehementi incisoria virtute valet, vt & calculos conterat, & excreationibus è pectore auxilietur. παλίουρος Aubepine, fenelles, grosselier. aliis ioumari, ou iomarin.

PALMA in Aegypto gignitur. Ea medio maturitatis vigore, autumno decerpi solet, Arabici myrobalani similis, pomatis cognomine, colore viridi, & odore mali cotonei. ꝙ si ad maturitatem peruenire sinatur, phœnicobalanus fiet. φοῖνιξ. Palme.

PALMA, quam aliqui elaten aut spathan appellant, fructus palmarum adhuc florentium, inuolucrum est, calyxque, quo inspissamenta vnguentarii vtuntur. Optima habetur odorata, adstringens, ponderosa: præ- ἐλάτη.

Palmula vulg. Dates ou figues royalle.

clusa, intus pinguis. Aegine. Palmæ fructus, qui iam ematuruit, calidus mediocriter est, visceribus roborandis & stomacho idoneus, tum intus assumptus, tum foris applicatus. Reliqua palmæ portio vehementer astringens est: quamobrem stomachicis & hepaticis medicinis temperatur: longè magis astringit, quod fructus enascentis veluti inuolucrum est.

πάνακες ἡράκλειον.

PANACES nonnullis heracleum dicitur, ex quo opopanax colligi solet. plurimũ in Bœotia & in Phocide Arcadiæ nascitur: ibiq; compendii & quęstus, qui ex eo liquore factitatur, gratia studiosè colitur. foliis est asperis, in terra iacentibus, herbacei coloris, multum ad ficulnea accedentibus, in ambitu quinquepartitò diuisis: caule, vt ferulæ, altissimo, qui lanugine quadam incanescit, foliis etiã minutioribus obsitus, muscaris, ceu anethi, in cacumine: flore luteo, & semine odorato, feruentéque. radices habet multas ab origine vna, candidas, graueolentes, crassi corticis, & subamari gustus. Nascitur in Cyrene Libyæ, & Macedonia. Excipitur succus incisa radice recenti cauliũ pullulatu. ea candidum succũ emittit, qui siccatus, in summa cute croceum colorem cõntrahit. Effluentẽ autem succum excipiunt, foliis excauato solo statis, quæ siccata tolluntur. Simili modo caule messibus inciso, profluentem succum eximunt,

eximunt. Meliores ex radicibus, albæ, rigentes, distentæq́;, siccæ, quæ cariē non sentiant, aromaticæ, feruentes gustu. Fructus ex media ferula cibo idoneus est: sed ex agnatis stolonibus, ab vsu cibario abhorret. Maximè in hoc succi genere probatur, quàm amarissimus, internè albus, aut subfuluus, foris ad croci colorem inclinans, læuis, pinguis, friabilis, tener, statim in aqua eliquescens, graui odore. niger improbatur, ac mollis. Adulteratur ammoniaco, aut cera. Sed sinceri experimentum est, si digitis in aqua friatus resoluatur, & lactescat. Aeg. Opopanax cal.3. sic. 2. emollit, discutitque. Radicis cortex est imbecillior liquore. habet nonnihil & abstergens, & carni inducendæ idoneum. Semen menses quoque citat. ὀποπάναξ. Succus.

PANACES Asclepii caulem à solo emittit tenuem, cubitalem, geniculatum, maioribus quàm fœniculi foliis, hirsutioribus, odoratis: aureo flore, acri, odorato, ex muscariis dependente. radix parua est, & tenuis. Auxiliarem vim habent flores & semina, cōtra vlcera, phagedænas, & tubercula, si trita cum melle imponantur, aduersus serpentes ex vino bibuntur, & cum oleo illinuntur. Aliqui panaces syluestre origanum vocant, alii cunilam, de qua in Origani mentione diximus. πάνακες ἀσκλήπιον.

PANACES Chironium in Pelio monte πάνακες χειρώνιον

maximè prouenit. folium eius amaraco simile. flos aureus: radix parua, quæ non altè demittitur, gustu acris. Pota radix, serpentiũ veneno resistit: illita coma, eadem præstat. Aegineta, Asclepion panaces & chironion priori calidiora sunt (malim cum Galeno dicere, minus calida) hinc floribus ipsorum & semine ad malefica vlcera & phymata vtuntur.

παγκράτιον. Aliis cichoriũ.

PANCRATIVM, quod aliqui scyllam appellãt, radice est magni bulbi, subrufo colore aut sub purpureo, gustu amaro ac feruẽte: foliis lilii, sed longioribus. Aegineta. Specie ac viribus scyllæ simile est, verum imbecillius.

μέλινος. Painz.

PANICVM frumentaceis seminibus annumeratur, milio simile: eodémq; modo in panes subigitur. eosdem habet vsus: minus tamen & nutrit, & stringit. Aëtius: Extrà illitum refrigerat & exiccat.

μήκων. Pauot of sic. papauer cornutum.

E satiui PAPAVERIS genere, quod hortẽse est, semen in panẽ densatur, qui sanis in vsu sit. eo etiã ex melle pro sesama vtũtur. thylacitim vocant. capitulum habet longũ, & semẽ candidum. Syluestre verò, caput insidens demissumque, & nigrum semen, quod pithitis nominatur: nonnullis tamen & ipsum rhœas dicitur, quoniam eius scapo lacteos succus emanat. Tertium magis syluestre, & ad medicinas valẽtius, multo his lon-

gius productiore capitulo. Aegineta, Hortẽsis papaueris, thylacitin etiam uocant, semẽ esculentum mediocriter somnum conciliat. Quod veluti decidẽti ac depresso calyce est, nigrum semen habet & medicatum, nimis quàm frigidum. Quod prolixiore & proceriore cõstat calyce, medicatius vniuersis est, quapropter stuporẽ inducit quousq; interimat: nã & ipsum & eius lachryma, quam per excellentiam opium nuncupant, frig. 4.

PAPAVER erraticum, quod rhœada vocant, vere quidem in aruis cum hordeo nascitur, flore protinus deciduo, vnde & nomen apud Græcos accepit. folia erucæ, aut origano, aut cichorio, aut thymo similia spectantur, sed longiora, diuisa, scabra. iunceus ei caulis, rectus, cubitalis, asper: flos syluestris anemones, puniceus, interdum albus: oblongum caput, sed quàm anemones minus: semen rufum: radix longa, subalbida, minoris digiti crassitudine, gustu amara. Aegineta: Rhœas appellatur quod flos ipsius celeriter defluat (vel semen, vt apud Aeginetam legitur.) Validius hortensi est. Manducatur itaque non per se, sed momentum copiosiori melli mixtum.

ῥοιάς. off. papauer rubrũ rust. coco lurdes coquelicoc ou pouceau.

PAPAVER ceratites, id est, corniculatum. folia habet candida, hirsuta, verbasco similia in ambitu syluestris papaueris more serrata; caule non dissimili: flore pallido,

μήκων κερατῖτις

caliculo fœnigræci, in corniculorũ modum inflexo, vnde nomẽ mutuatur. semine papaueris, pusillo, nigróq;: radice per summa cespitum nigra, crassa. nascitur in maritimis & asperis. Sunt qui glaucium hoc papaueris genere factitari existimarunt, falsi quadam foliorum cognatione. Aegineta: Abstergendi vires sortitur, ideóque radicis ipsius decoctũ potu iocinorosis auxiliatur: folia autem & flores per quàm sordida vlcera expurgant, crustásque tollunt. Aliud papaueris genus aphrodes, id est, spumeum vocatur, ab aliis heracleum, caule dodrantali: foliis admodum paruis, radiculæ similibus, fructu inter ea candido. Nam herbula alba est, & spumea tota: radice in summo cespite. Aegineta, Semen habet pituitæ purgandæ accommodatum.

ἀφρώδης

πάπυρος. Non est charta, q̃ vulgo papier.

PAPYRVS, qua chartæ fiunt, nullis nõ cognita. Aegineta: Papyrus ignẽ non expertа, materia quædam efficitur: vsta, siccat chartæ crematæ modo, verũ papyri cinis viribus inferior est.

παρωνυχία.

PARONYCHIA exiguus frutex, in petris nascens, peplo similis, minor longitudine, maioribus foliis. Aegineta: Illita paronychis atque duritiis remedio est. Vis eius extenuare & siccare, idque citra rosionem.

παρθένιον.

PARTHENIVM, aliqui amaracon vocant, foliis est coriandri, tenuibus: flore per

ambitum albo, intus melino, odore graui, ſapore amaro. Aegineta: Amaracus calefacit tertio, ſiccat ſecundo. of. & her. Matricaire.

PASTINACA ſylueſtris folia gingidii habet, latiora, ſubamara: caulem rectum, ſcabrum: vmbellam ſimilem anethi, in qua flores inſunt candidi, & in medio purpureum quiddam, fermè croceum. radix digiti craſſitudine, dodrantalis, odorata, quę cocta manditur. Satiua ad eadem pollet, inefficacior tamen, & cibo aptior. Aegineta: Vrinas & mẽſes mouet, præſertim ſemen ipſius, & radix. folia autem abſtergẽdi viribus prædita, phagedænicis affectibus cõgruunt, viridia cum melle. Sylueſtris ad omnia valentior eſt domeſtica. Panetz. Paſtinade ou carottes.

PEPLIS, quam aliqui ſylueſtrem portulacam vocant, Hippocrates peplion, in maritimis maximè naſcitur, latè opaco frutice, cãdidi ſucci pleno: foliis ſatiuæ portulacæ, rotundis, infernè rubentibus: ſemine ſub foliis rotundo, vti in peplo, feruente guſtu: radice ſingulari, ſuperuacua, tenui. Colligi, & reponi ac dari, vti peplos, & ſale cõdiri ſolet. Eaſdem habet vires. Aegineta, Peplion cætera quidem inutile, ſemen autem ipſius feruidi ſaporis, peplo conſimiliter expurgat. πεπλίς. Non eſt ſena.

PEPLOS frutex eſt lactei ſucci plenus, foliis paruis, vt rutæ, paulo latioribus: rotunda coma, ferè dodrantali, humi reſperſa: ſe- πέπλος. rur. reueil le matin de vignes

mine sub foliis rotundo, minore quàm candidi papaueris. pluribus scatet auxilijs. vnicam radicem habet, superuacuã, ex qua fruticat. nascitur inter vites, & in hortis. colligitur messibus, siccatur in vmbra, & continuè versatur. fructus tusus & feruefactus reconditur. Aegineta: Nonnulli papauer spumeum vocant, liquorem habet, & tithymalorum modo purgat.

πέπων. Pepon. PEPON abstergẽdi facultate efficax est, inde veluti caro ipsius ephelidas, & consimilia vitia faciei exterit, semẽ renes obstructione liberat. Aegineta.

PERICARPVM bulbi genus est, eius duæ species Plinio, cortice rubro alterum, alterum nigro, papaueri simile, sed vis maior quàm priori: vtrique autem excalfaciendi, ideo contra cicutam dantur.

περικλύμενον. Capri-feuille, ou vinci-bosce. PERICLYMENON simplex fruticat, ex interuallis parua folia habens, ipsum amplectentia, subcãdida, hordeacea. inter folia surculi exeunt, in quibus baccæ, hederę similes: flos fabæ, candidus, aliquantũ rotundus, & quasi in folium procumbens: semen durum, & quod difficilè euellatur: radice rotunda, crassa. nascitur in aruis ac sepibus cõuoluens se adminiculis, propter assidẽtibus. Aegineta, Eius folia & fructus incidendi simul, & calefaciendi vires obtinent, quapropter vrinam cruentam eliciunt ad sex dies pota.

(Quidam hic numerum dierum perperam quatuor aut quadraginta legunt.) Geniturã viri exiccant quadraginta (aut secundũ Dioscoridem triginta septem) diebus in potione assumpta: item lienosos & ægrè spirantes adiuuat.

PERISTEREON, siue verbenaca nascitur in aquosis. Nomen ex eo duxisse videtur, quòd columbæ circa hanc per quàm libẽter versari soleant, dodrãtis altitudine, & interdum amplius adolescit. folia è caule prodeunt incisa & subalbida. ea singulari ramo, radiceque sola, constare sæpius inuenitur. Aegineta, Adeò siccat astringítque vt vulneribus glutinandis, & sanguinis eruptioni sistendæ sit. Eius alterum genus in Sacra herba quære. περιστερεών. Nõ ẽ hęc oruala ou toute bõne.

PERSEA arbor est, in Aegypto, fructum ferens cibo idoneum, stomacho vtilem. in quo phalãgia cranocolapta nomine inueniuntur, præsertim in Thebaide. Arida folia in farinam redacta, illitu sanguinis eruptiones sistunt. Arborem hanc prodiderunt aliqui in perside exitiosam esse, translatámque in Aegyptum, mutata natura in cibos receptam. Aegineta, Folia siccant, & astringunt, eóque sanguinis eruptionem compescunt. περσέα.

MALI Persicæ surculi & folia euidenter amara sunt, eóque concisa tritáque vmbilico μηλέα περσική. Peschier.

imposita lumbricos enecant. fructus autem ipsius, nempe Persicum hoc esculetum, frig. hum.2.

ἄρκειον, προσώπιον. Glete ron. offi. bardana ou lappa maior. PERSONATA folia habet cucurbitæ, maiora & hirsutiora, nigriora & crassiora: caulem albicantem: quanquam & interdum vidua caule reperiatur, radice intuscandida, foris nigra. Aegine. Discutit, siccat, & astringit, quapropter & folio ipsius vetusta vlcera persanant.

Videtur esse cornu cerui. PES MILVINVS à Columella in vsum colligi & reponi iubetur, sed qualis sit non explicuit.

πετασίτης. Rur. maior bardana. PETASITES pediculus cubito maior, crassitudine pollicis, à quo prægrande foliū, galeri modo amplum, ceu fungus dependet. Contra phagedænas, & vlcera quę cacoëthe vocant, efficaciter illinitur. Aegineta, Sic.3. vnde ad malefica & phagedænica vlcera eā vsurpant.

Oillet dinde. PETILIVS flos est autumnalis, circa vepres nascens, calyculo versicolori, foliis quinq;, paruis. Tantum colore commendatur, qui est rosæ syluestris. Mirúmq;, in eo flore inflecti cacumen, & non nisi retorto folia nasci. Semē luteum paruo calyci includitur. Vsus in medicina nullus. Huic Plinius Italiā ait nomen dedisse, tanquam nimirum Græcis ignoto.

πετροσέλινον. PETROSELINVM in Macedonia pro-

uenit, in prętuptis locis: semine ammij, odoratiore, sapore acri, aroma olente. Aegin. Semen cal. sic. 3. Vi incisoria præditum, vrinam ciet, mensésque trahit, flatibus discutiendis accommodatissimum.

Persil de Macedoine

PEVCEDANVM, caulē emittit tenuem, gracilentum, fœniculo similem. comam habet statim ab terra foliosam, spissámq;. flore luteo, radice nigra, crassa, plena, graui odore succosa. gignitur in mōtibus opacis. Tenera radix cultello conciditur, prōfluénsq; è plaga succus vmbræ mandatur. in sole siquidem confestim euanescit. Colligitur, capite prius & naribus rosaceo perfusis, ne capitis dolor premat, & vertigo sentiatur. assatione radix inutilis fit. Tam lac quàm succus radice & caulibus extrahi solet, sicuti è mandragora. verum inefficacior succo lachryma habetur, & velocius expirat. Interdum etiam concreta inuenitur lachryma thuris similitudine, caulibus radicibúsq; adhærēs. Pręfertur succus è Sardinia & Samothrace, colore rufo, odore graui, feruens gustu radix eligi debet recēs, quæ cariem nō senserit, firma, odoris plena. Succus ad potiones amaris nucibus, aut ruta aut pane calido, aut anetho resoluitur. Aeg. Peucedani liquore & succo affatim calefacienti, discutienti, extenuantique vtimur, tum naribus admoto, tum in potione assumpto, ad pulmonum & pectoris vitia ex humorum

πευκέδανον. Peucedane ou cue de porceau.

crassitudine contracta, item ad lienẽ induratum: dentibus autẽ perforatis impositus, dolorẽ protinus sopit. neruorum affectibus idoneus est. Radix squamas ossium separat, maleficis vlceribus succurrit. Gal. fic. 3.

φαλάγγιον. PHALANGIVM à quibusdam phalangites vocatur. ramuli sunt ei duo, aut tres, plurésve, indiuersa tendẽtes: flos candidus, lilio similis, multas incisuras habẽs. semine nigro, lato, ad lenticulæ dimidiatæ figuram, multo tenuiore: radice parua, tenui, herbacei coloris, dum à terra eruitur. prouenit in collibus. Aegineta, Nomen hoc inuenit quod phalangiorum morsibus medeatur. Naturæ subtilis est excicantísque, qua torminosis auxiliari putatur.

φάλαρις. PHALARIS cauliculos emittit zeæ culmis similes minutis ac nullius vsus radicibus, multos, duûm palmorum, geniculis cinctos, graciliores tamen ac dulces: semen cãdidum, oblongũ, milij magnitudine. Succus eius folia & semen pota vesicæ doloribus auxiliantur. Habet eadem herba tenuem quandã vim naturámque calidam.

PHASIOLI mentio facta est in Isopyro.

φασίολοι. φάσηλοι. PHASELI, aut phasioli qui & dolichi appellantur, macerati donec radices succreuerint, ex garo ante cibũ sumpti, aluum subducunt, ac plus quàm fœnumgræcum alimenti exhibent. Integri verò cum siliquis virides

comesti, plura pariunt excrementa.(Descriptionem habes in smilace hortensi.)

PHELLANDRION in palustribus nascitur folio apij. Bibitur semen eius propter calculos & vesicæ incommoda. φελλάνδριον. potatur esse offic.

PHYLLITIS, folia promit rumici similia, longiora, & viridiora, sena aut septena, recta, quæ parte anteriore læuia cernuntur, à tergo autem pẽsiles quasi vermiculos tenues ostendunt. in vmbrosis & opacis hortorum locis emicat, gustu acerbo. neque caulem, neque florem, neque semen profert. Aeg. Cum acerba sit, non immeritò alui profluuijs pota auxiliatur. filipẽdula aut herb. siler aquaticũ φυλλῖτις Non est lingua cerui off.

PHYLLVM, quod elæophyllon vocatur, in saxosis nascitur. duũm generũ est. quod autem thelygonũ appellãt, vuas habet floribus oleæ similes, pallidiores tamen. foliis itidem oliuæ est: caule tenui, breui. radice exili. florẽ album profert: semẽ papaueris maiusculum, Sed arrhenogonum cætera huic simile, solo fructu distat, habet enim racemosum quiddã deflorentibus oleis non dissimile. Ferunt potum alterius semen maris, alterius verò fœminæ conceptũ facere. Tradidit hæc quondam herbarius Crateias, placuítq; mihi vsque ad historiam, nec vltrà de his docere. (Aeg. non meminit.) φύλλον.

PHYTEVMA folia habet radiculæ, minora: copiosum semen, perforatum: radi- φύτευμα.

cem paruam, tenuem, per summa terræ niten tem: quam ad amatoria conuenire, nonnulli scriptum reliquerunt. Aeg. non memorauit.

φλέον. Dubitat an sit scabiosa vulg. & psora Aëtij.

PHLEON Theophrasto, nonulli stœbā appellāt. (sed nos infrà stœben longè diuersam afferemus.) Non solum caulē habet aculeatum, sed & folium quoq; hispidum, iuxta cuius spinas aculeos etiam condit, radice nō in profundum acta. Germinat cum Vergiliis, primóque aratro vna nec folia dimittit, etenim annicula illi vita, sæpéque bimatum excedit.

φλοῦμ.

PHLVM à superiori longè diffidet, cuius lanugine, vt inquit Theophrastus, ad lixiuiū mulieres vtantur, molle & placētaceum est, colore subrubido. Fœmina sterilis est, ad nexus idonea. Mas prorsus habetur inutilis. in insulis fluitantibus prouenit. Pars ab radice pueris cibo grata est. Radix ipsa pecudū pabulo vellitur. (Phlum Iulius pollux nominauit, vnde Phloinas vestes in Herodoto quis legat, & Pausania.)

φοῖνιξ. Auenæ ferulæ multis

PHOENIX folia habet hordei, sed breuiora, & angustiora, spicam lolio similem: calamos digitorum senûm, radici aduolutos: septenas octonásve spicas. In aruis tectísq; recenter illitis nascitur. Aegin. Aliter rhu vocatur: astringēdo, in vino austera pota, omnes fluidos affectus sistit.

φόρμιον.

PHORMION tenuis, absterforiæ, & at-

tractricis est facultatis:semen igitur cũ melle albugines extenuat, & spicula è corporibus extrahit. Galen.& Aeg. (Hoc ab hormino, cui eadem ascribuntur,non diffidere iudico: nam Galenus phormij tantum meminit, nõ etiam hormini.)

φοῦ. Valeria-na maior ou vertẽ-trecum

PHV, quod & aliqui syluestre nardũ appellant,nascitur in ponto, folio olusatri, aut elaphobosci,caule cubitali,aut altiore, læui, cauo,molli, in purpuram vergente, geniculis intercepto:floribus narcisso proximis,maioribus,teneris,& exalbicante purpureis:radice superius ad digiti minoris crassitudinẽ, ex obliquo villosa in nigri veratri aut iunci odorati modum: capillamentis inuicem contextis,flauescentibus,odoratis, cum quadam odoris grauitate nardum ęmulantibus. Adulteratur radice rusci admista: sed maleficium deprehenditur:quoniam hæc dura est,& frãgenti contumax,fine vlla odoris gratia.Aeg. Radicem habet nardi persimilem,quæ tamẽ ad pleraque infirmior sit: sed vrinas magis q̃ ea elicit,nardi Gallicæ modo.

πίτυς πίυκη. Pin

PINVS Picea generi eidem ascribuntur, sed quandam flagitant specierum distinctionem.arbores vulgò cognitæ.Piceæ cortex astringendi vim eximiam possidet,qua intertrigenes & ambusta illitum persanat, vẽtrem potus reprimit:folia etiam vulnera conglutinant.(Eadem ferè de pinu tedáq; scribũtur.)

uius,acrius,& ori gratius,nec non ad condimenta vtilius. Sed candidum, & adhuc in acerbum vergens,antè dictis infirmius eſt.Eligi oportet grauiſſimum,plenum,nigrum,ſine multis rugis recens minimè furfuroſum. Inueniuntur etiamnum in genere nigri ſemina nutrimẽto defecta,caſſa,inania, minimíque ponderis,quod vocant braſma. Non eſt huius arboris radix gingiber, vt aliqui exiſtimauere,ſicut paulò pòſt oſtendemus. Námque piperis radix coſto ſimilis eſt.ora guſtãtium accendit,ſaliuam ciet.hæc lienem reprimit,cum aceto illita,aut pota. caput etiã purgat,manducata cum ſemine pedicularis herbæ,quam ſtaphidem agriam vocant. Aegin. Piperis radix , coſti vires refert. fructus nuper quidem germinantis arboris, oblongum eſt piper, humidum natura, & calidum. fructus veluti acerbus immaturúſque album eſt piper, nigro acrius, vt quod multo magis aſſatum ſit: vtrúnque verò & calefacit & deſiccat.

πύρεθρον Piretre ou pie d'Alexandre

PYRETHRVM ſaliuarem vocant, folia caulémque emittit vt daucum ſylueſtre & fœniculum : vmbellámque anetæi , circinatæ rotunditatis.radix longa eſt, pollicis craſſitudine,guſtu feruidiſſimo.Aeg.Radix eius vrenté obtinuit facultatem.dentiũ ex frigiditate dolores mitigat.ad febrium rigores ante acceſſionem infricatur cũ oleo , Corporibus

à perfrictione ſtupentibus reſolutíſq; efficaciſſimè adhibetur.

ὄγχν, ἄπιος Poire — PYRVM terreſtre aliud ſortitũ eſt, aliud aquoſum, ob quod ſtomachum iuuat, ſitímque arcet: illitum verò ſic. frig. mediocriter. Aegineta.

πιστάκια. off. fiſti. ca & ſiſti corũ grana — PISTACIA, quę cõſtat in Syria gigni, pineis nucib⁹ ſimilia ſunt. Aeg. Stomacho mediocriter conducunt, iecur obſtructum reſerant, præcipuè ſummi & odorati eorum operimenti ex vino decoctum. Proſunt etiã contra ſerpentium morſus.

πισολοχία — PISTOLOCHIA Plinio ariſtolochiæ genus eſt quartum, tenuior quàm clematitis, denſis radicis capillamentis (vnde & polyrrhizos nominatur) iunci plenioris craſſitudine. Odór vt reliquis medicatus. Illita ſerpentiũ morſibus medetur. Quin & omnino ſuſpenſa ſupra focũ fugat domibus ſepentes.

πίσον Pois — PISVM pariter Græci & Latini vocant legumen, caulibus fiſtuloſis in terram ſparſis, ramoſiſque, prætenui ſurculo, folio frequẽti, præter cæterorũ morem longiuſculo, ſiliqua cylindracea, granis rorundis, candidis, flore papilionis forma, circa vmbilicũ purpureo, radice imbecilla. Grana in valuulis ſe inuicẽ quaſi tangunt, vt in eruo. Galenus, Piſa fabis non diſſimilem retulere naturã, nec diuerſo ab illis modo manduntur. ſed nõ adeò vti fabæ inflãt, nec abſtergũt; ideóq; ſegnius aluo

quàm

quàm illę excernuntur. Decoctorum cremor aluum ciet. Recentia, quæ cum suis valuulis manduntur, ructus mouent.

PITYVSAM specie à cyparissia differre constat, & si tithymallorũ generi assignetur. caulis supra cubiti altitudinem assurgit, geniculatus: foliis piceæ, acutis, exilibus: flore paruo, velut purpureo: semine instar lenticulæ, lato: radice crassa, candida, succo referta. quibusdam in locis frutex hic prægrandis inuenitur. Aeg. Liquorem vt tithymallus habet, eique similiter purgat.

πιτυοῦσα. off. herb. & med. esula. grę ci turbet & turbeton.

DUO PLANTAGINIS genera. minor folia habet angustiora, minora, molliora, læuiora, & tenuiora: caule anguloso, in terra sessili: floribus pallidis: semine summis caulibus emicante. Altera maior, lætior, virentiorque, latis constãs foliis, oleracei generis, cuius caulis cubiti altitudinem petit, angulosus, subruber, à medio ad verticem tenui semine circundatus. radicibus nititur teneris, hirsutis, candidis, digitum crassitudine æquantibus. Nascitur in lacunosis, sepibus, & locis humidis. multo vtilior magna est. Aegineta, Plantago frigefacit, siccat 2. Temperata est ex aquea & terrestri substantia, cui etiam districtionis nonnihil adest: quo nomine ad maligna vlcera, fluxiones, putredinésque accommodata est, temperamenti moderatione sanguinis quoq; profluuia cohibet,

ἀρνόγλωσσον. off. lancelotte plantain

& plurimum congruit. compos enim est sicitatis minimè rodentis, & frigiditatis quæ nondum stuporem inducit.

πλάτανος. PLATANVS vi humidiore & frigidiorẽ pollet, eaq; de causa folia viridia ad inflãmationes nascentes proficiunt. Cortex & pilulæ quoniam maiorem siccandi potentiã habent in aceto decoctæ dentium dolores sopiunt, ambusta cum adipe persanãt. Cortex autem crematus siccat vehemẽtius, & abstergit, eóque lepras pellit, & humidis vlceribus medetur. Aeg.

πολεμώνιον. bosci salvia. falso ambrosia offic. & herb. creditur POLEMONIAM alij philetæriam. Cappadoces chiliodynamin appellãt, ramis exilibus, vtrinq; pinnatis: foliis paulo quàm rutæ maioribus ac longioribus calaminthę aut sanguinariæ proximis, quibus summis velut corymbi dependent, nigro semine: radice cubitali, albicante, radiculæ simili. nascitur in montosis & asperis. Aeg. Polemonij vis subtilis & exiccans: inde nonnulli contra coxendicis dolores, intestinorũ tormina lienẽ induratum, radicem eius cum vino propinant.

πολύκνημον. POLYCNEMON, frutex est surculosus, foliis origani: caule, vt pulegii, geniculis multis intercepto, sine vmbella, tenui tamen in cacumine corymbo, boni odoris & acris. Aeg. Cal. sic. 2. eoq; vulnera glutinat.

πολύγαλα. POLYGALA palmi altitudinem petit: foliis lenticulæ, gustu adstricto. Aegine. Poly-

galon calidi humidíque temperamenti compos est, foliis mediocriter acerbis. potũ lactis abundantiam facit.

POLYGONATVM nascitur in montibus, frutice cubito altiore: foliis lauri. latioribus, & leuiorib⁹, sapore mali cotonei, aut punici, cũ quadã adstrictione. flores per singulos foliorũ exortus promit cãdidos, foliis numerosiores, incepta à radice supputatione, radicem habet albã, mollem, longã crebro geniculatã, densam, graueolentẽ, digitum crassitudine ęquantẽ, quę vulneribus efficaciter illinitur. quinetiã maculas in facie delet. Aeg. Variæ particeps est facultatis, astrictoriæ, acris, amaræ, & cuiusdam gustu ingratæ: quæ verbis nequeat exprimi, quapropter in multiplices vsus haud est accommodatũ. Radicẽ ipsius nonnulli ad faciei labes, ptilos Græci dicunt, abstergendas illinunt. πολυγόνατον. Signet de salamon

POLYGONVM syluestre Plin. describit pene arboris frutice, radice lignosa, stirpe cedri rubicundo, ramis sparti binum palmorũ, nigris, geniculorũ, ternis quaternísq; articulis, sapor mali cotonei (Diuersum hoc genus est à duobus reliquis polygonis sanguinarię, sub voce numerandis. πολύγονον ἀγρίαι. Genistella

POLYTRICHON, adiantum est.

Duo genera POLII. montanum, cui teuthrio nomẽ est, & cuius est vsus. tenuis frutex est, cãdidus, dodrãtalis, semine refertus: capi- πόλιον

tutibus præditum.

POTERIVM, Iones neurada vocant, large fruticat, cortice obductum tenui, spinis horridum, lanugine spissa, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus tragacanthæ proximis: foliis paruis, rotũdis: flore exiguo candidi coloris: semine nullius vsus, sed gustu acuto & odorato. Nascitur in aquosis, & collibus. radices demittit binũ ternúmve cubitorum, neruosas, & firmas. quæ proximè terram recisæ, dant succum gummi similem. tusæ, præcisis neruis & vulneribus glutinandis illinuntur. decoctum quoque eius neruorum affectibus prodest. Aegineta, Vocant alij phrynion. Radices concisæ, neruos præfectos & vulnera glutinant. Decoctum ipsius epotum, neruorum affectionibus auxiliatur. ποτήριον

POTHOS Theophrasto duorum est generum: alterum hyacinthi flore, alterum sine colore, candidum, quo sepulchra coronabant, à quo & nomen, quasi desideratis esset dicatum. floret æstate, sed diuturnius est candidum. πόθος.

PRVNI fructus ventrem subducit, recẽs magis, aridus minus. Decocto ipsius fauciũ & gutturis inflammationes vtiliter colluuntur. Gummi quod ex arbore destillat, incîdit, extenuat: vesicæ calculos cũ vino potum nonnulli frangere affirmãt, ex aceto pueroκοκκύμηλον.

rum impetigines sanare. Syluestrium prunorum baccę euidenter astringunt, ventrémque reprimsit. Nominatur hęc planta in Asia prumnum. Domestica sunt quæ Damasceua appellantur.

ψῶρα. PSORA Aëtio herba nuncupatur (forsan ab habitu scabro, aut quod scabiei medeatur) eius vstæ fumo arborum erucas mori scriptum reliquit.

ψύλλιον. Herbe a pusces PSYLLION foliis coronopo nō dissimilibus hirsutis, longioribus: sarmentosa fœni modo in totū herbula, ramis dodrantalibus. coma à medio caule exorit, duobus tribúsve conuolutis in cacumine capitulis: in his semine duro, nigro, pulicum simili, vnde & nomē in arnis & incultis nascitur. Aeg. Herbæ pulicaris sēmen, frig. 2. siccādo humectandoq́ medium est.

πταρμική. offic. & herb. pyrethrum syluestre PTARMICA frutex est, surculos habens paruos, multos, & rotūdos, abrotano nō dissimiles. & circa eos folia oleæ, longa, multa, & in cacumine capitulū, vti anthemidis, paruum, rotundum, quod suo acri odore sternutamentum excitat: vnde nomē accepit. flores sternutamenta efficacissimè mouēt. Nascitur in montibus & petrosis. Aeg. Folia sternutamenta proritant. Totus autem frutex viridis sugillata, liuoréśq; alios disiicit. Est enim herba cal. sic. viridis quidem 2. arida 3.

βλήχων. PVLEGIVM herba vulgaris notitiæ.

Vocant aliqui blechona, quoniã dum floret gustatum à pecoribus, balatum concitat. Aegineta, Calefacit & extenuat vehemẽter, vnde si illinatur ruborem excitat, & crassos viscososque humores è thorace & pulmone emolitur. poulieul ou pouliot

PVLMONARIA, quam aliqui pepanũ vocant, buglossi folio cõspicitur, sed promisso magis, atq; læuiori, colore insuper dilutiore, albicãtibus maculis notato, instar pulmonis, inde nomen nascitur in humidis. Volunt aduersus morbos visceris sui nominis peculiari esse remedio, in cibo sumptã, vel potã. (Aliam eodem nomine, cum de consiligine mentio fieret, docuimus.)

MALVM punicum omne astringendi vires eximias habet, quibus refrigerat siccátq;, verum dulce aliis minus: austerum magis refrigerat, sicciúsque est, & stomacho amicum. Acidum refrigerat quoque, & maiorẽ quandam incidendi virtutem repręsentat. Verum acini succo magis adstringunt siccántque: efficacius his adhuc malicorium, quod sidion Græci vocant. Huic virtute respondet mali flos, qui cytinus appellatur. Aeg. ῥοιὰς μῆλον. Granade

Q

QVINQVEFOLIUM ramulos fert surculaceos, tenues, dodrãtales, in quibus semen: folia mẽthæ, quina πεντάφυλλον quinte feuille

singulis pediculis, raro plura, in ambitu serrata: florem ex luteo pallescentem, auri æmulum: nascitur in riguis, & aquariis ductibus. subrubram habet radicem, oblongam, veratro nigro crassioré. Aeg. Sic. 3. minimè acre, eoq; in multos vsus accommodatur.

δρῦς. Chesne

QVERCVS & folia & fructus siccante & tepida vi pollent: quamobrem vulnera recentia glutinant, inflammationibus incipientibus medentur. at quod sub glandis corio & circa fructus carnem membranę simile includitur, valentius astringit: eoq; ad fluxum muliebrem, alióśque fluidos morbos exhibetur. Aeg.

R

στρούθιον Herbe au foullon off. saponaria.

RADICVLA seu struthiũ herbà vulgò nota, quà purgandis lanis vtuntur, qui eas eluunt. Gale. Radicis vsus est præcipuus. Acris est, cal. sic. 4. Abstergit, irritat: hinc est quod sternutationes cit similiter aliis, quorumcunq; cum acrimonia calidum temperamentum est.

ῥάφανος. Raue fre forũ, raphan.

RADIX, quæ græcis rhaphanus dicitur: syluestris raphani, quam Romani armoraciam vocant, folia satiuo similia, sed magis lapsanam imitantur. radix gracilis, tenera, subacris. Tam foliũ quàm radix in olera recipitur. sed hæc excalfacit, vrinam concitat, æstuosa est. Aegineta. Radicula cal. 3. sic. 2. Syluestris efficacior est in ambobus. Semen

vtriusque planta ipsa vehementius, itaq; sugillata aliósque liuores dificit.

RADIX Hippocratí nominatur quoddam genus sati, sine flore, sine semine, tribus duntaxat foliis, sed proceris, & in terra stratis, duorum digitorum magnitudine, similibus anchusæ, radice purgādi viribus, sed exiliter. (Eadem mihi Dioscoridis Onosma videtur. ῥίζα.

RANVNCVLI complura sunt genera, vis tamen omnibus vna, acris, & vehemēter exulcerans. Nam vnum coriandri foliis constat, latioribus, subalbidis, pinguibus: flore luteo, interdum purpureo: caule gracili, cubitū alto: radice alba, exigua, amaráq;, multis capillamentis, hellebori modo fibrata, nascitur in limitibus humidis. Alterum lanuginosius, longiori caule, pluribus foliorū incisuris, plerunque in Sardinia proueniens, quàm acerrimum, quod syluestre apium appellāt. Tertium minimum, odore graui, flore aureo. Quartum huic simile, flore lacteo. Aegineta; Omnia ranunculi genera excellēter sunt calida, sicca, acria, vrentia, adeò vt vlcus cū dolore excitent: quibus si modicè vtaris, cutis vitia tantum exterūt. Radix autem arida sternutamentis ciendis est medicamentum. (De altero ranūculi genere multa leges in Sardoniæ mentione.) βατράχιον. Apiū rusticū, & Apiū risus herba γογγυλὶς

RAPI radix & semen flatulenta, & semi- Rabe.

ni creando sunt, veneremq́; excitant. Aeg.

γογγυλὶς ἀγρία. Reponce of. raphanus sylvestris.

Syluestre RAPVM in aruis nascitur, fruticosum, in cubiti altitudinem assurgens, ramosum, læue, in cacumine folia fert lęuia, digitali latitudine, aut maiora: & fructũ in siliquis calyculatis. cúmq; eorum inuolucra aperiuntur, alia intus siliqua spectatur, quæ quandam capitis speciem præbet, in qua semina paruula concipiuntur, foris nigra, intus alba. Additur in medicamenta, quibus ad detergendam cutem in facie, totóq; corpore vtimur, præsertim quæ ex lupini, aut erui tritici, aut lolii farina fieri solent.

ῥητίνη.

Liquida RESINA è pinu & picea, à Gallia & Hetruria conuehi solet. atq; olim à Colophone petebatur: hinc Colophoniæ sibi cognomẽtum vendicauit. A Gallia quoq; subalpina quam vernaculo nomine laricem appellant incolæ, ea in linctu, & per se magnopere prodest tussi veteri. Colore inter se distant. siquidem alia cãdida est, alia oleosa, alia mellei liquoris similitudine, vt larigna. Cupressus etiam liquidam fundit resinã, quę ad eadem pollet. Quæ verò aridarum generi ascribuntur, quædam ex pineis nucibus, aliæ abiete, aliæ picea & pinu exierunt. Eligi debet longè omnium odoratissima, trãslucens, non retorrida, neque diluta, quandam ceræ faciem præbens, & friabilis. E picea & abiete resinæ cęteras antecedunt; odo-

ratę enim sunt, atq; thus odore imitãtur. Prę-
stantiores à Pityusa insula deferuntur, quę se
cũdum Hispaniam sita est. Sed quę è picea,
nucibus pineis & cupresso manarũt, nihil ad
illas, nec tantis viribus potiuntur. Veruntamen
eorundem gratia quorũ & illę sumi solent.
Lentiscina terebinthinæ respondet. Vritur
resina omnis liquida in vase quadruplæ
capacitatis ad humorem qui infunditur. Itaque
resinæ congius in duobus aquæ pluuiæ
coquitur, subiectis leuibus prunis, resina assiduè
mouetur, donec omnis odor aboleatur,
& friabilis & retorrida reddatur, ac digitis cedat.
cæterum vbi refrixit, in fictile non picatũ,
quod aconitũ vocant, id est, nõ illitũ, recõditur.
Fiet etiã eximii cãdoris, si resina omnis
eliquata præcoletur, quò fæculẽta sordes excernatur.
Vrũtur quoq; sine aqua, primũ lento
igne: & vbi coire cœperunt, maior carbonũ
strues supponitur, & triduo citra intermissionẽ
discoquuntur, vsq; dum antedictas naturæ
suę notas exuerint, mox, vt dictũ est, reponuntur.
Aridas vnius diei spatio decoxisse
satis est. Aeg. Resinę omnes calefaciũt & desiccant,
verũ terebinthina principatum obtinet,
discutientis naturæ, emolliẽtis, tenuis, &
abstersoriæ, eáque scabiem corrigit. & larix
huiusmodi est. Quæ verò è teda destillauerit,
atque hac magis adhuc pinea, acrior est,
non tamen aut discutit magis, aut attrahit.

medium inter ipsas locum tenet, & quæ de picea & quæ de abiete raditur.

ῥάμνος. Burgaspina ou Neprum.

RHAMNVS fruticat in sepibus, ramos ferens rectos, & aculeos in acutæ spinæ modum, foliis paruis, oblongis, suppinguibus, teneris. Alterum ei genus candidius. tertium nigrioribus latioribúsque foliis constat, & quadãtenus rubentibus. cuius rami quinûm cubitorum longitudinem implent, spinosiores quidem, sed infirmioribus minúsq; rigentibus aculeis. Fructum edit latum, cãdidum, tenuem, folliculariì specie, verticillo similem. Aegineta, Siccat 2. frig. primo, Quare herpetibus & erysipelatis non admodum calidis medetur. sed teneris eius foliis vtendum est.

RHAPHANVM in Radice habes.

ῥᾶ ποντικόν. Reubarbe. offic. rhaponticum.

RHA, aliqui rheum, Latini rhaponticũ vocant, prouenit in iis quæ supra Bosphorũ sunt regionibus, ex quibus affertur. Radix nigra, centaurio magno similis, sed minor & rufior, fungosa, aliquantum læuis, sine odore. Optimum habetur quod teredines non sensit, si gustatu cum remissa adstrictione lentescat, manducatúmque colorem reddat pallidum, aut ad crocum inclinantem. Aegin. Compositum est ex terrestri frigida & tenui substantia, aërcáque calida & leniter acri: eámque ob causamconuulsis, ruptis, recta ceruice spirantibus opitulantur. Quod

discutiendi vim habet, liuores emẽdat: quod astrictoriam, cruẽtas excreationes, cœliacos, & intestinorum tormina sanat: vtraque verò facultate iocinorosos iuuat.

Gignitur RHODIA radix in Macedonia, costo similis, leuior, inæquabilis, quę cõtrita rosas redolet. Vtilissima capitis doloribus, si madefacta fronti & temporibus cum rosacei momento imponatur. Aegineta. Calefacit secundo, tenui & discutiente vi prædita.

ῥοδία ῥίζα. Rosaceũ lignum.

RHVS, quæ obsoniis aspergitur, ab aliquibus erythros appellata, semen est coriarii fruticis: sic vocati, quoniam coriorum infectores eo vtantur ad inspissandas pelles. arbuscula in petris nascens, binûm cubitorum altitudine, foliis oblongis, subrubentibus, in ambitu serratis, acino vuarum gracilium dẽso, magnitudine terebinthi, quadam tenus lato. Cuius corticosa tunica perquàm vtilis est. Aegineta, Rhu coriariæ à medicis dictę fructus præcipuè, & succus, magno in vsu sunt: astringit enim, & sic. 3. frig. 2. (Emendauimus ῥυπτικοῦ, vt iuxta Galenum στυπτικοῦ legatur.

ῥοῦς. rur. viurne.

RHVS herba syluestris Plinio, colicolis breuibus, foliis myrti, tineas & venena pellit.

CICI, aut croton, nomen accepit à ricini animalis similitudine. arbor prouenit paruæ

κρότων

Herb.cataputia maior.offi.et vulg. palma Christi. ficus altitudine: folio, platani, sed maiorē, læuiore, & nigriore: ramis, caudicibúsque cauis, in arundinis morem: semine in vuis asperis, quod corticibus exutum, ricinū animal repræsentat: ex quo oleum, nomine cicinum, exprimitur, cibis fœdum, lucernis emplastrísque vtile. Aegineta. Ricini fructus quēadmodum purgat, abstergit, digerit: sic etiam folium, sed imbecillius.

RODORA Gallis appellata herba, vt inquit Plinius, iuxta viduas populos prouenit, caule instar ficulneæ virgæ articulato, foliis vrticæ in medio exalbidis, quæ processu temporis tota rubent, flore argenteo. Præcipua contra tumores feruorésque & collectiones per se, vel cum axungia veteri tusa.

ῥόδον. Rosę. ROSA refrigerat & astringit, sed sicca multò magis. Succus recentibus foliis exprimitur, desectis forfice vnguibus (sic appellantur candidæ foliorum partes) reliquum in pila premi & teri debet in vmbra donec cogatur: & ita ad oculorum circumlitiones recondi. Siccantur etiamnum folia rosarum, continuò versata ne muceant, néve situs in iis insideat. Aegineta, Rosę mixta constant substantia, aquosa scilicet, calida, astringenti & amara: flos autem ipsarum magis adhuc astringit, eóque desiccat.

λιβανῶτις. Duo ROSMARINI genera, vnum fœcundum frugiferúmque, cuius semē cachrys

vocatur. folia fœniculi habet, crassiora & latiora, in rotæ speciem, humi sparsa, iucundè olentia. caulem cubiti altitudine, aut maiorem, multis concauum alis. in cacumine vmbellam, in qua semen copiosum, candidum, sphondylo simile, rotũdum, angulosum, resinaceum, quod in mãdendo linguam exurit. radix thus redolet, candida, prægrandis. Est & alterum omnino consimile, semen ferens latum, nigrum vti sphondylion, odoratum, minimè exurens, radice foris nigra, intus si frangatur alba. Verũ id quod sterile dicitur, illorum planè similitudinem refert: sed neq; caulem, neq; florem, neq; semen promit. nascitur in saxosis & asperis. Rosmarinum cũ erica nasci, foliis lactucæ syluestris amaræ asperioribus, candidioribúsque, radice breui. Theophrastus author est. potúque idipsum alterutra parte purgare. Incẽsariã ou Rosmarin.

ROSMARINVM, quo coronarii vtuntur, ramos mittit tenues, & circa eos folia minuta, dẽsa, longa, exilia, subter incana, supernè virentia, graui odore. Aegineta, Libanotis vna sterilis est, duæ fructum ferentes. Vires illis extergendi, incidendi, discutiendi, & emolliendi. Succus earum oculis ex humorum crassitie hebetibus salutariter ex melle imponitur. Coronariæ verò libanotidis decoctum, regio morbo laborantibus rectè bibitur. λιβανωτὶς στεφανωματική.

ἐρυθρόδανον. off. rubia tinctorũ. vulg. garanse.

ERYTHRODANVM radix rubra est, qua tinguntur lanæ. vna sponte prouenit, altera seritur, vt in Thebana Galliæ, & Rauenna Italiæ, in Caria inter oleas, vt in aruis, solo creditur. hanc non sine quæstu serunt. nanque maximũ ex ea sentiunt prouentum. asperi caules & quadranguli, longi, aparinæ non dissimiles, robustiores, & multo prorsus maiores: foliis per interualla certa circum articulos stellatim decussatis. Semen eius rotundum, inter initia viride, mox rubrum, postea cum ematuriit nigrũ: radix tenuis, longa, rubra. Aeg. Radix acerba amaráque est. Lienem iecur, & renes ita purgat, vt cruenta quoq; per vrinam & menses euocet. Cutis vitia rancida abstergit.

βάτος. runce, catherine, ou francbösier.

RVBVS, notitiæ vulgaris. Aegi. Rubi fruticosum abundè astringit & siccat, qua de causa & vulnera cõmittit, & defluxiones sistit. Radix autem præter astrictioné, non parũ etiam subtilis est, vnde renum calculos cõfringere est idonea. Fructus si maturus est, magis calefacit, simúlque mediocriter astringit, ac ideo cibo idoneus est: immaturus aũt, & acerbus est, & validè siccat, præsertim aridus. Eadem etiam flos efficit. (Chamæbatũ rubi genus humile suprà diximus.)

βάτος ἰδαῖος.

idæus RVBVS appellatus est, quoniá passim in Ida proueniat. Est auté longè tenerior priore, ac minoribus spinis horrẽs: quanquá

& sine

& sine spinis inueniatur. Insuper eadem præstat quæ supradictus. Aeg. non recensuit.

RVBVS canis frutex est arboris instar, rubo longè maior. folia fert multò latiora myrto, firmis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ simili, qui per maturitatem fuluescit, & flocculos intus continet. Aegineta, Rubi canini fructus non instrenuè astringit: folia id præstant mediocriter. At quod in fructu lanæ speciem præ se fert, ceu arteriæ inimicum caueri debet. κυνόσβατος. eugletier

RVMEX, vide Lapathum.

Syluestris MYRTVS, aliquibus oxymyrsine, aut myrtacantha, Latinis ruscum appellatur. folium fert myrti, latius, in formam lanceæ mucronatum. baccæ per maturitatem rubescunt, rotundæ, à medio folio dependentes, osseo intus nucleo. cubitales ramuli ab radice exeunt, vitilium modò lenti, fractu contumaces, foliosi: radice graminis simili, acerba, & subamara. Folia & baccæ in vino potæ vrinam cient, menses pellunt, vesicę calculos frangunt, stillicidio vrinę medentur, dolores capitis sanant, & regiũ morbum. In asperis & pręcipitibus locis enascitur. Decoctum radicis in vino potum, eosdem præbet effectus. Cauliculi recentes, asparagorum vice, in cibo sumũtur. Amari autem sunt, sed vrinã mouent. (Galenus & Aegineta nullam fecere mentionem. ὀξυμυρσίνη. Hou ou housce.

πήγανον ἥ. Rue.

RVTA mõtana ſylueſtriſq; ſatiua & hortenſi acrior eſt, & in cibis damnata. ſatiua verò quæ ſub ficu arbore enaſcitur, magis in cibos admittitur.

πήγανον ἄγριον. offi. harmela & ſylueſtris ruta.

Vocãt etiamnum ſylueſtrem rutam, quod in Cappadocia & Galatia Aſiæ finitima moly dicitur. Frutex eſt qui ab vna radice multos emittit cauliculos: foliis multò quàm alterius rutæ longioribus, tenerioribúſq;, odore graui: flore candido: capitulis in cacumine paulo maioribus quàm ſatiuæ rutæ, quæ tribus maximè partibus conſtat: in quibus triangulum ſemen, ſubrufum, guſtu amarũ recluditur. cuius eſt vſus. ſemen autumno matureſcit. quod cum melle, vino, croco & fœniculi ſucco, ac gallinaceo felle teritur cõtra retuſam oculorum aciem. Sunt qui eam harmalam vocent, Syri beſaſan. qui Cappadociam incolunt moly, quoniã quandam cum moly ſeruet ſimilitudinem: radice nigra, flore cãdido. In collibus & læto ſolo prouenit. Aeg. Ruta ſylueſtris calefacit, ſiccat quarto. Satiua vſq; ad tertium. Vis eius eſt craſſos lentóſque humores incidere, & diſſipare, vrinã mouere, attenuare, & flatus diſcutere, vnde & venerem coërcet. Alio loco in moly, quæ etiam ruta ſylueſtris eſt, ſubſtantia tenuem eſſe prodit, calefacit 3. & reliqua cum ſuperioribus eadem.

S

SABINA duorum generum est. Vna foliis cupresso similis, spinis horridior, grauiter olens, acris & feruens. arbor est coactæ breuitatis, quæ se magis in latitudinem fundit. huius foliis nõnulli pro suffitu vtuntur. Altera tamarici folio similis est. Aeg. Cal. fic. 3. tenuißimáque est, extenuat, & digerit pota, tum in putredines cupresso similiter efficax est. βράθυ. sauinier

SACRA herba, quæ & peristereon nominatur, ramulos emittit cubitales, aut maiusculos, angulosos, in quibus ex interuallis folia quercus, sed minora angustioráque, eisdẽ diuisuris in ambitu, colore aliquatenus cæsio. radix longa, tenuis. flores purpurei, graciles. Galen. & Aeg. tacitã præterierunt. Dioscorides serpentibus aduersari scribit: morbo regio cum aliis quibusdã succurrere. Veteres tumores & inflammationes illitam lenire, sordida purgare vlcera, tonsillarum crustas cum vino erumpere: oris depascentia vlcera compescere. ἱεροβοτάνη.

SAGAPENIVM ferulaceæ herbę succus est, quæ in Media nascitur. Optimũ est trãslucẽs, fuluo forinsecus colore, & intus albo, nescio quid inter laser & galbanũ redolẽs, gustu acri. Aeg. Liquor est calidus & tenuis, cui etiã abstersoria quędã vis inest, qua & oculorum cicatricibus & suffusionibus prodest. σαγάπηνον. offi. serapinum.

ἰτέα. Saulx. SALIX vulgò nota est. Aegineta. Salicis & folia & flos facultate cõstant quæ citra rosionem siccet, tum quę nonnihil etiam astringat. Cortex autẽ paulo siccior est, cuius peru stis cinis ex iis habetur quę vehementer exiccent, quippe clauos & myrmecias cum aceto exterit.

ἐλελίσφακος. Saulge. SALVIA siue elelisphacon, frutex est ramosus, longus, virgas, habens quadrãgulas, & canas: folia mali cotonei effigie, sed longiora, asperiora, crassiora, & quæ sensim attritarũ quasi vestium scabritiem referant, hirsuta, subalbida, perquàm iucundo odore, sed graui. semen summis in caulibus sylucstri ormino simile gerit. In asperis nascitur. Aegin. Euidenter calfacit, & leuiter astringit.

ἀκτῆ. Sus, ou suin. SAMBVCI duo genera. Vnum in arborem assurgit, surculos spargẽs arundinaceos, teretes, cauos, candicantes, proceros. folia iuglandis, terna quaternáve, ex interuallis circa ramos exeunt, graui odore, minutim in ambitu secta: & in ramulorum cacuminibus cauliculísque circinnatæ vmbellæ, quæ florem candidum pariũt, mox acinũm terebintho similem, in nigredine suppurpureum, racemosum, succo madentem, vinosúmque.

Hyeble Alterũ genus chamæacte vocatur, Romanis ebulum, longè humilius est, magísq; herbaceo generi assignandum, caule quadrangulo, geniculato: foliis amygdalæ, ex inter-

uallo longioribus,geniculatim expāsis,pinnatísq; graueolētibus,in ambitu serratis, muscario sambuci: flore & acino eiusdem. radice nititur longa, crassitudine digitali. Aegineta: Sambucus pariter & ebulus desiccant, modicè digerunt & conglutinant. Potu autē esúve per aluum aquam educunt.

SAMPSVCVM in Cypro & Cyziceno laudatissimū, secundum sibi locum vendicauit Aegyptum. Amaracū gens Sicula & Cyzicena appellat. Herba est ramosa, per terrā repens, foliis eius calaminthæ quæ tenui folio constat, leptophyllos appellatur, hirsutis & rotūdis. suauissimum odorem spirat: ideo coronis inseritur. Aeg. Cal. sic. 3. Est etiam tenuis naturæ & discussoriæ. σάμψυχος. Mariolaine.

SANGVINARIA, vel polygonū mas ramos habet teneros & molles, frequentibus geniculis cinctos, qui per terram, vt gramē, repunt: folia rutę, sed molliora longioráque: semine sub omnibus foliis turgescente: vnde marem appellari volunt. flos ei cādidus, aut puniceus. Sanguinaria fœmina fruticat vno caule arundini teneræ simili, dēsis geniculis, & in se tubarū modo farctis. articulos in orbē cingunt. apices foliolis piceæ similes. radicis nullus vsus. nascitur in riguis. Aeg. Habet sanè vim quandā astringendi, sed humiditas in secūdo ordine frigida in ea præpollet. Stomachi feruori frigida inspergitur vtiliter, sa- πολύγονος. offi. corrigiola, & centinodia.

cris ignibus inflãmationibúsq; calidis illinitur, ac talis quũ sit, fluxiones repellit, atq; hac ratione siccatoria esse putatur. Fœmina autẽ mas vehemẽtior est. (De tertio quodam eius genere in polygono syluestri iam diximus)

σάνταλον. SANTALVM Græcis recentioribus lignum est, quod India mittit. Luteum præfertur, si pingui quodam scatet. Secundas partes obtinet rubrum, & frigidius aliquanto cæteris existimatur. Tertio loco reponitur albũ. Cal.3.sic.2. Excalfactis auxilio sunt, imbecillitatẽ stomachi leuant, itémq; cardiacos effectus, quos irrepens bilis excitauerit. Ex albo oui liquore fronti imposita defluxionum impetus quæ ad oculos decumbunt, cohibent. Trita ex stillatitio rosarum liquore, & illita temporibus adiecto caphuræ momento, ardẽtes capitis cruciatus mitigãt. In candescẽtibus articulorũ inflãmationibus, podagrísq; ex succo solani, aut sedi, vel portulacæ, lenticulæve palustris illinũtur, repelluntq; humores, qui eò loci se conferunt, præcipuè rubrũ. (Nunc nullæ non ferè medicorũ potiones vt gratiam odore suo à sumentibus ineant, iis imbuuntur santalis)

σαρκοκόλλα. SARCOCOLLA lachryma est arboris in Perside nascentis, pollini thuris similis, rufa, gustu amara. Vulnera glutinat, oculorum fluxiones inhibet. emplastris inseritur. Adulteratur admisto gummi. Aegineta, Op-

plet, citra rosionem siccat, ideóque vulnera glutinat.

SARDONIA vel sardoa herba pro altero ranũculi genere intelligitur, copiosissimũ in Sardinia, gustus acerrimi, priuatim apium rusticum cognominãt. Sunt qui apiastro, id est, syluestri apio similem faciant. Meminit Dioscorides libro sexto. hac vescentibus mẽtem adimi, & quadam neruorum distẽtione dehiscere in rictus ora cogi, ita vt ridentium imaginem præbeant. Inde Homerus & posteri risum nullo salubri sensu dignum, sardonium nominant. Strabo ex hac herba toxici genus Hispanos confecisse prodidit, haustu cuius vrgente vi maiore citra dolorem ipsi sibi mortem consciscebant. Nascitur secus fontes, nullum tamen virus pestilens aquis impertitur, Pausanias apud Sardos eam gigni scripsit.

SATYRIUM aliqui trifolium vocant, quoniã tria fert folia, ad terrã infracta, rumici aut lilio similia, minora tamen, ac rubra: caulem cubitalẽ, nudum: florẽ lilii effigie, cãdidũ: radicem bulbosam, mali magnitudine, fuluã, intus, vt ouũ, candidam, gustanti dulcẽ, & ori non ingratam. Est & alterũ satyriũ erythroniũ siue erythraicon, id est, rubrũ semine lini, maiore, duro, læui, splendente, quod fertur, nõ secus atq; scincus, libidinem excitare. cortice radicis gracili, rufo, intus

σατύριον testicul⁹, sacerdotis.

ἐρυθρόνιον

autē album includitur, sapore dulci, non ingrato ori. in mōtosis & apricis enascitur. Aegineta. Satyriū humidum est & calidū, item flatuosum, vnde veneris appetentiam facit. Nonnulli opisthotonis cum vino austero potum salutare esse tradunt. Galenus in commētario de theriaca, trifolium ait hyacintho simile, quum aëre inturgescens, semen syluestri cnico æquale habet: decocti ipsius ius sic perfusum, phalāgii aut viperæ morsus sanare: sano idem potui datum, similem animalium horum ictibus affectum conciliare.

σατύριον βασιλικόν. SATYRION basilicum Græcis nominatur, foliis nigra plumbagine maculosis, reliqua superficie cynosorchi similis. radix sub est lutea, ac instar manus effigie ramosa. Cutim erugat, ad neruorū dolores, & contra noxia medicamenta datur. Semen ex vino sumptum nouem diebus comitiales sanat. In eundem effectum vinū diluitur herbæ decocto. Scobs radicis propinatur in vino ad arcendā quartanam, quam & vomitione curat, paulo ante accessionem pota. Fertur & amuletum esse radix gestata. (Herbam quoque illam satyrion Indam appellauerim, Theophrasto allatam ex India: incredibili neque fanda ad libidinis motus potestate vel cōtactu: nō tamen speciē eius aut nomen aliud reddidit Theophrastus.) Habent hodie & Syri herbam simili effectu, bucheidénq; nominant,

& Indicum satyrion, radice candida & dura, commendatiore quo crassior, rugosior & albior fuerit, podagris vtili.

SATVREIA triuialis notitiæ est. gignitur in asperis locis, & tenui solo, thymo similis, minor tamen & tenerior. defert spicā florum plenam, coloris herbacei. Eadem potest quæ thymum, si modo cōsimili sumptitetur. Aptus sanis vsus. Est etiamnum quædam satiua, syluestri prorsus minor, quæ propter mitiorem acrimoniam, commodius in cibos recepta est. Aeg. Thymbra agrestis quidem eadem quæ thymus præstat: hortensis autem in omnibus quidem imbecillior, sed ad cibum laudatior. θύμβρεια Sariette

SAXIPHRAGA seu saxiphrages vrinā mouet, & calculos conterit. Aeg.

SCAMMONIA, ramos ab vna radice emittit trium cubitorum, multos, pingues, & qui nonnihil crassitudinis præ se ferāt: foliis helxinę, aut hederaceis, mollioribus tamen, hirsutis, & triangulis: flore cādido, rotundo, in calathi modum cauo, graueolente: radice prælonga, crassitudine cubitali, candida, graui odore, succo grauida. Legitur ad hunc modum succus, Capite exempto, radix in testudinis speciem cultro excauatur, quo fit vt in cauum confluat succus, qui conchis demum excipitur. Alij scrobes in terra concamerato sinu fodiunt, in quos, subiectis iuglandium σκαμμωνία. Diagredon medici nūc appellāt

foliis,profundunt ſuccum, ſiccatúmque extrahunt. Laudatur autem ſcammonium leue, nitidum,rarum, & colore quàm ſimillimum taurino glutini, fungoſum,tenuibus fiſtulis, quale ex Myſia regione Aſiæ deportatur. Nec attendere ſolum par eſt, ſi linguæ tactu albeſcat (hoc enim euenit adulterato, quod admiſto fit tithymali lacte) ſed longe magis antea narratis. item ſi non vehementer linguam exurat, id quod miſti tithymali argumentum eſt. natione autem Syriacum & Iudaicum deterrima habentur, grauia, denſa, erui farina & tithymalo vitiata. Aegin. Scammonia calfacit, digerit, & bilioſa extergit, magíſq; eius liquor qui iam & phymata diſſipat, fœtus appoſitu corrumpit, lepras exterit, in diuturno capitis dolore cum oxyrhodino vtiliter reſpergitur. Radix autem tum ipſa, tum decoctum eius potũ, purgat. Cum aceto & farina hordeacea decocta, coxendicum doloribus illinitur.

σκάνδιξ. SCANDIX ſylueſtre olus eſt, amarum, ſubacre. quod crudũ coctúmve manditur. ſtomacho & ventri vtile. Aeg. Cal. ſic. 2. Vrinam pellit, viſcera obſtructione liberat,

σκύλλα. Scipoulle. offic. ſquilla. SCYLLA incidit, calefacit, & deſiccat, in ſecundo ordine. prǫſtat autem eam aſſam aut elixam ſumere.

Charpentaire. SCOPA regia Plinio viola eſt violentum ſpirans odorem, ſed hoc foliis, non floribus.

(fortassis eadem fuerit viola flammea, cuius ramuli & folia odorata describũtur, flos inodorus. Vere statim post purpuream emicat, syluestris dũtaxat: interdum tepidioribus locis, vbi cælum arridet clementius, nondũ exacta hyme, colore cõmendabili, odore nullo semine proueniens coronis. Plurimum durat tempus. Græcis phlox & phlogion appellatur.) Diosc. bunion suum Latinis scopam regiam scribit appellari. Plinio similiter appellatur sideritis, quę fit latissimo folio, vulneribus pręcipua, quę etiam præcisos neruos glutinare possit.

σκόρδιον Herb. chamædrys palustris rur. chamara. Non est hæc alliũ syluestre seu alliaria

SCORDIVM in mõtibus & palustribus nascitur, foliis trisaginis, maioribus, nõ sic in ambitu diuisis. aliquantũ allia redolentibus, gustu amaris & astringentibus: quadrangulis caulibus: subrubro flore. inter priora efficax Ponticum natione, Creticúmq;. Aeg. Variis pollet facultatibus, vt quod amarũ, acerbum, & acre sit. purgat igitur simul & calfacit viscera. vrinas & menstrua concitat, refrigerata omnia excalfacit, vulnera glutinat, repurgátque: aridum illitum cicatricem inducit.

σκόρδιον ἕτερον.

SCORDION alterius generis mẽthastro simile à Plinio traditur.

σκορπιοειδής.

SCORPIOIDES herbula est, quę semen habet ad similitudinem caudæ scorpionis, foliis paucis. illitum valet aduersus animal

Non est cutedula, nec sol se quia

sui nominis. (Plinius herbam scorpium vocauit, quanquam & aliis idem nomen contribuat.)

SCORPIVS siue nepa nullum folium habet Plinio, sed in cacumine aculeum, sub cuius extremo in carne protuberante, florem profert per initia cādidum, postea leniter accedentem ad purpuram. Post æquinoctium autumni floret, radice singulari eadémq; breui cohæret. Spina est in totum, asparagi caule. Nomen ab aculeo suo traxit. (Eadem arbor cum Dioscoridis trago herba. Describit & alium scorpium Plinius cyclamini folio, aconiti generibus adnumerandum.)

SEBASTI, vide Myxa.

σκοροδόπρασον.

SCORODOPRASVM magnitudine porrum æquat, qualitatum porri & allij particeps. vnde promiscuas sibi vires ex vtroque vendicauit, effectus allij & porri prębens, inefficacius tamen. coctum, porri modò, dulcescit, & in olerum vicem transit. Aeg. Porri & allii mixtas habet vires, & gustatum.

Segle

SECALE Plinio farraginis genus, occari tantum desiderat. Taurini sub alpibus asiam vocant. deterrimum & tantum ad arcendam famam vtile, fœcunda, sed gracili stipula, nigritia triste, pondere præcipuum. Admiscent huic far vt mitiget amaritudinem eius, & tamen sic quoque ingratissimum vētri est. Nascitur qualicunq; solo cum cētesimo grano,

ipſumque pro lætamine eſt.

HEDYSARON, vnguentarij pelecinũ, πελέκινος id eſt, ſecuridacam vocant, fruticoſa eſt, foliis ciceris. ſemen rufum in ſiliquis fert, corniculorum modò aduncis, quod ancipitem ſecurim æmulatur, vnde nomen accepit. amarum guſtu. Naſcitur in ſegetibus & hordeis. Aeg. Amarum eſt, leuitérq; aſtringit, vnde potum ſtomacho gratũ redditur, viſcera obſtructa repurgat.

Feue de loup, her bue ou graue ou cornuette

SELAGO ſimilis herbæ Sabinæ eſt. Hãc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidę Gallorum, & contra omnia oculorum vitia fumum eius prodeſſe.

SEMPERVIVVM magnũ ideo nominatur, quoniam perpetuò folia vireant. cuius caules cubiti altitudinem implent, interdùm excedunt, pingues, craſſitudine pollicari, virentes, characiæ tithymali modo inſecti: folia pinguia, carnoſa, lõgitudine pollicari, in cacumine linguæ ſimilia, alia in terram conuexa, alia in capite ſtantia inuicem, ita vt ambitu effigiẽ imitentur oculi. naſcitur in montibus, & teſtaceis. ſupra domicilia etiam ſeritur. Semperuiuum paruum in petris, parietinis, & maceriis, necnõ ſcrobibus opacis naſcitur, caulibus ab vna radice multis, tenuibus, crebrò foliatis: exilibus foliis, rotundis, pinguibus, mucronatis: caule à medio emicante, palmum alto, vmbellam herbidóſque

ἀείζωον. Iõbarde ou Ioubarde

Vermicularis & cauda muris

flores & tenues gerente. Folia eisdem cũ priore viribus prædita sunt. Tertiũ videtur semperuiui genus, quam aliqui andrachnen agriam, aut thelephion vocauerunt, Romani illecebram, pusillis, crassioribúsq; foliis, hirsutis, portulacæ proximis. nascitur in saxis. Vis ei excalfactoria, acris, exulcerans. illita cum axungia strumas discutit. Aeg. Aizoon vtrunque frig.3. siccat autem astringítq; mediocriter. Valet erysipelatis, & ad herpetas, inflammationésque ex fluxione concitatas conuenit.

Menu pourpier sauluage

ἠριγέρων. Senecon

SENECIO cauliculo est cubitali, subrubro, foliis continuis, diuisura erucæ, sed minoribus multo: luteis floribus, qui celeriter dissecti vanescunt in pappos. nomẽ verò sibi vendicauit, quoniam flores capillorum ritu vere canescãt, radice superuacua. nascitur maximè in maceriis, & circum oppida. Aegine. Mixtas habet vires, refrigerat, & modicè discutit.

SERICA in Ziziphis leguntur.

σέρις. cichoree

SERIS duûm generum est. altera syluestris, quę picris & cichorion vocatur. altera satiua, latioribus foliis cõstat. stomacho quàm hortensis vtilior, quæ iterum in duas species digeritur. vna folio latiore prodit, lactucarũ simillima. altera angustiore est folio, & gustu amara. Aegineta, Subamarum olus est, admodum refrigerans humectánsque, cum

astrictione nonnulla.

SERPILLVM duorũ generum est. Hortense odore sampsuchum imitatur, atq; in coronas addi solet, cui à serpendo nomen inditum est: quoniam si qua eius particula terrã attingat, inibi radices demittet. folia & ramulos origani habet, sed candidiores. in maceriis multo procerius assurgit. Syluestre, zygis appellatum, non serpit, sed in altitudinem increscit, ramulos edens tenues, surculosos, foliis refertos longioribus quàm rutæ, & durioribus, angustiis. flores iucundè olēt, gustāti acres. radicis nullus vsus. Nascitur in petris, satiuo efficacius, atque magis excalfaciens, & ad medendi vsum aptius. Aeg. Serpillum calefacit, vt & vrinam & menstrua commoueat. ἕρπυλλον Serpillet

SESAMA stomacho inutilis cibus. Aeg. Sesamũ non parum lentoris, pinguisq; obtinet: idcirco opplere, mollire, & mediocriter calefacere idoneum est. σήσαμον offic. sisamum

SESAMOIDES magnũ, in Anticyra elleborum vocant, quoniam albo veratro in purgationibus misceatur. simile est senecioni aut rutæ: longo folio: flore candido: radice gracili, ignaua: semen gustu amaro, cætera sesamæ simile. Ventrem detrahit. datur tritum ad bilis pituitæque deiectiones, quantum tribus digitis capitur, addito verati albi sesquiobolo, ex aqua mulsa. σησαμοειδὲς μέγα.

συσαμοειδὲς μικρόν. Sesamoidi paruo cauliculi sunt dodrantales: folia coronopi, minora, hirsutiora: & in cauliculorum cacumine capitula, florũ penè purpureorum, medio eorũ albo: semen sesamæ, fuluum, amarũ: radix tenuis. Detrahit bilem pituitásque, semen ex aqua mulsa potum dimidio acetabulo. illitum ex aqua, tumores ac tubercula discutit. nascitur in asperis. Aeg. Sesamoides albi (aut potius parui, mendum enim interpretor λευκοῦ pro λεπτοῦ.) semen calefacit, detergit, & rumpit. Maius autem veratri vires sequitur. Galen.

τορδύλιον. TORDYLIVM, quod aliqui Creticum seseli vocant, iuxta Ciliciam in Amano monte nascitur, herbula surculosa, semine duplici rotundo, scutulorum effigie, odorato, subacri. Aegineta, Gordylon alii seseli appellant, calidum est, vrinæ & mensibus educendis habile. Radix ipsius cum melle lincta, quæ in thorace hærent, educit.

σέσελι. offic. & herb. saxifraga maior. SESELI Massiliense folia fœniculi habet, crassiora: caulem vegetiorem: vmbellã anethi, in qua semen oblõgum, angulosum, degustanti statim acre. radix longa est, iucundi odoris. Aethiopicum seseli, folia habet hederæ, minora, & ad periclymeni modum oblonga. frutex nigricat: palmitibus in bina cubita extensis: ramis sesquipedalibus: capitulo anethi: semine in tritici morem denso, nigro, amaro, Massiliensi odoratiore, & acriore,

re, multum suaui. Peloponnense folia ha- bet cicutæ latiora, & crassiora: caulem supra Massiliensis magnitudinē, ferulaceum, & latum: in cacumine vmbellam, in qua semen latius, odoratum, & carnosum pendet. Eisdem viribus præditum est. nascitur in asperis, riguis & collibus. inuenitur etiamnum in insulis. Aeg. Seselis radix magisq; semen insigniter calefacit, tenuisq; substantiæ est, vrinam quoq; ciet, comitialibus & recta ceruice spirantibus accommodatum. πελοποννησιακόν

SEVTLOMALACHON recens Græcia fecit olus, quasi dicas maluaceam betam (fortè quod figura & denticulato seminis habitu betam, & mollitia maluā mentiretur.) σευτλομάλαχον

SYCOMORVM aliqui etiam sycaminum, id est, morum vocant cuius fructus sycomorum etiam propter inefficacem gustum appellatur. arbor est magna, fico similis, frondosa, multo lacte abundans foliis mori. pomum ter aut quater anno fert: non ramis, vt ficus, sed caudice ipso, caprifico nō dissimile. dulcius grossis, sine granis interioribus. quod nō maturescit, nisi ungue aut ferro scalpatur. Nascitur plurimum in Caria, Rhodo, locisque non multi tritici feracibus: vbi prouentu fœcundo astibilique iuuamentum adfert, cum amonæ caritas premit. Gignitur & in Cypro arbor genere distās, quæ συκόμωρος

cum sit vlmus, prædita tamen est foliis sycomori, fructu pruni magnitudine, multo dulciore, supradictis cætera similis. Aegin. Sycomori fructus nullius nutrimenti est, & stomacho noxius. Liquor arboris vi pollet emolliendi, glutinatoria vulnerũ, discussoria tumorũ: bibitur inungitúrq; ad serpẽtium morsus, lienes induratos, stomachi dolores, & in accessionibus febrium horrores.

SIDE planta lacustris est in Orchomenio lacu frequẽs, papaueri similis, roseo flore, vasculo mali amplitudine, cãdidis membranis obducto: semine intus rubro, gustu triticum æmulãte. Caput & folia super vndas emicãt, mox cum defloruit inclinatur in vadum, seménque spargit. Plin. & Theo.

σιδηρῖτις. Herb. & off. tetrahil, ou herbe Iudaice.

SIDERITIN aliqui heracleam vocant. folia habet marrubii, sed longiora, satis ad frondẽ quercus, aut saluiæ accedentia, minora tamen, & aspera. caules edit quadratos, palmum sæpe excedentes, nõ iniucundi gustus, aliquantúmq; substringentis, in quibus per interstitia orbiculatæ vertebræ, vt in marrubio, spectantur, & semen in eis nigrum, nascitur in petrosis. Illita folia, suapte vi, vulnera sine inflammationis periculo iungunt.

Lunaria maior

Altera sideritis binûm cubitorum, ramulis exilibus: folio filicis, numeroso, vtrinque per oras diuiso: pediculo longo, prodeuntibus è summo alarum sinu surculis, longis, te-

nuibus: capitulo in cacumine orbiculato, aspero, in quo semen cõtinetur, quàm betæ rotundius aliquãto, ac durius. Huius vis, foliorúmque, ad vulnera, præcipua est. Sideritim aliam esse tradunt, quam Crateuas heracleam vocat, in maceriis & vineis nascẽtem, foliis coriani, à radice numerosis: dodrantalibus cauliculis, læuibus, teneris, in rubore candicantibus: flore purpureo, paruo, gustanti amaro & lento. Huius ea vis est, vt quamuis recenti vulneri imposita, sanguinem supprimat. Galenus, Habet quidem & abstergẽs aliquid, sed amplius humidũ & mediocriter frigidum, cum adstrictione pauca, hinc inflammationib⁹ resistit, vulnera glutinat. De Achillea sideriti alibi diximus. Mille feuille

SIDERITIS Plinii latissimo folio in sco pa regia habetur.

SILER frutex est, qui nonnunquam arborescat, vt baculos rustici ex eo faciãt, in aquaticis nascens quasi pumila salix, cuius etiam generibus annumerari creditur. Eius folia illita fronti capitis dolores sedant. Semen tritũ in oleo phthiriases coërcet. Serpentes hunc fruticem refugiunt, baculúmque ob id ex eo rustici conficiunt. Officinæ cõfundũt cũ seseli.

SYLIBON, lata spina est, folia ferẽs chamæleonis albi. Hæc recẽs cum sale oleóq; cocta estur. Radicis succus drachmæ pondere potus, vomitiones ciet. Aegineta, Succum σύλιβος

cum mulsa bibendum adiicit.

ὄλυρα. Arinca gallis olim

EIDEM generi siligo adscribitur, sed minus aliquanto nutrit. in panes, vt zea, cogitur. Fit quoq; è siligine crassior farina, quá Græci crimnon vocitant. Galenus, Olyræ naturam inter triticum & hordeum est media, siue vt nutrimentum consideres, siue vt medicamentum.

κερατωνία.

SILIQVAE fructus arboris ceratoniæ siccandi & (Galen. astringendi) refrigerandi virtutis, nonnullius etiam dulcedinis particeps est. Aegineta.

σύμφυτον πετραῖον. Bugle, nõ est Cõsolida media officinarum.

SYMPHYTON petræon, id est, alus. nascitur in petris, ramis tenuibus, paruis, origano similibus: capitulis thymi: surculosum totum, odoratum, gustu dulce, saliuã ciens: longa radice, subrufa, digitali crassitudine. carnes autẽ cum symphyto decoctæ coalescunt.

σύμφυτον ἕτερον. côsoulde ou cõsyre

Est & alterum symphyton quod aliqui pecton vocant: id caulem emittit bicubitalem, aut maiorem, crassum, leuem, angulosum, vt sonchi inanem, circa quem breui interuacante spacio, folia exeunt angusta, linguæ bubulæ proxima, oblonga, hirsuta: caule secundum angulos quosdam striato: foliis tenuibus ex alarum sinu prodeuntibus, in quibus flores lutei, & circa caulem velut verbasci semina emicant. tam caulis quam folia, aspera lanugine horrẽt. tactúq; pruritum concitant. Radices demittuntur foris nigræ, in-

tus candidæ, viſcoſæ, quarũ eſt vſus. Carnes quoque, ſi concoquantur, cogunt additæ. Ae gineta, Petræum contrariis cõſtat viribus. habet enim aliquid quod incidat, ideóque pus in thorace &. pulmonibus collectum expurget, itémque renes. Habet etiam aliquam contrahendi virtutem, qua ſanguinis excreationibus medeatur. conuulſis, ruptis, mulierum fluxionibus rubris, inteſtinorum ramicibus. Item calida quædã humiditas ei ineſt, qua ſitim arcet, & arteriæ aſperitates ſanat. Symphytum alterum viſcoſum quippiam & mordax repræſentat, ſcillæ ſimile. Vtuntur eo ad quæ ſuperiori.

SYPHONAM, quam alij crumphenam, Plinius repræſentat alternis viridibus roſeiſq; per caulem foliis, eámque in poſca ſanguinẽ reiicientibus mederi. Fortè hęc geneſia ſeu heleſia Gall.

SINAPI hortenſe, aliqui napi vocãt. Eligi debet adultũ, valde rufum, nõ magnopere ſiccum, ſed quod fractum internè vireſcat, & veluti quodam ſucco madeat, cęſium colore. ſiquidem recẽs id genus, tempeſtiuum habetur. Aeg. Cal. ſic. 4. νάπυ, σίνηπι. Seneue

Σίσαρον. SISER vulgò cognitum. Cuius radix decocta ori grata eſt, & ſtomacho vtilis, vrinã ciet, & appetentiam inuitat. Aeg. Radix cal. 2. (aliâs enim perperam legitur. 3.) Serulle ſeruile, ou eſcheruille

SISYMBRIVM, alii ſerpillũ ſylueſtre vocant, in ſolo inculto naſcitur, mẽthæ hor- σισύμβριον.

offic. nasturcium aquaticũ vulg. cresson.

tensis similitudine, odoratius, latiore folio. Inseritur coronis. Alterum sisymbrii genus, quod aliqui cardaminam, alii sion appellāt, ea herba riguis gaudet, & eisdē in locis quibus sion prouenit. quæ ideo nonnullis cardamina nominatur, quòd gustu cardamum, id est, nasturtium repræsentet. folia primum rotunda prodeunt. adulta erucæ modo finduntur. Galenus, Sisymbrium est subtile, discutit, calefacit, siccat 3. semen eius tenue calidúmque est, vnde cum vino ad singultus & tormina exhibetur. Cardamina vero arida calefacit siccat tertio. Viridis calefacit siccat secundo.

σίσων. Menthe aquatiq̃ ou thymbree ou balsamita.

SISON exiguum semen est, in Syria natum, apio simile, nigrum, feruens, oblongum, quo in condimentis, cum cucurbita, & aceto, indigenæ vtuntur. in cacumine granula multa gerit. Aegineta, Sinon calidus & subamarus est, vrinam mouet, concoctionem adiuuat, menses educit, & viscera obstructa aperit.

SIVM, quære Lauer.

σμῖλαξ.

SMILAX à Græcis, taxus à Latinis appellatur, arbor abietis magnitudine, & foliorum eiusdem figura, in Italia & Narbonensi Gallia Hispaniæ contermina nascens. Auiculæ quæ Italicæ taxi baccas deuorant, denigrantur: & qui ederint easdem homines,

alui profluuio corripiuntur. Narbone tam præsentis est veneni, vt si qui dormiant sub ea, aut in eius vmbra subsidcant, lædantur, & sæpenumero moriantur. quare de taxo hæc traduntur, vt ab ea caueamus. Aegineta, Smilax, vel cactus arbor est virosæ virtutis. (Sed pro κακτὸς malim legere τάξος.) σμίλαξ

Hortensis SMILAX, frutex, cuius semen à nonnullis lobia vocatur. folia habet hederæ, molliora tamen: tenues caules, & capreolos vicinis fruticibus circumuolutos: qui tantum adolescunt, vt topiarias scenas repræsentare videantur. siliquas fœnigræci profert, longiores & torosiores. in quibus semina renum similia, sed inæquali colore recluduntur: quæ quadam ex parte fuluescunt. Siliqua cocta, cũ semine in oleribus, asparagi modo, estur. vrinã ciet, & tumultuosa somnia facit. Vide plura in Phaselis. κηπαῖος. σμίλαξ

SMILAX aspera, folia habet periclymeni: sarmenta tenuia, multa, rubi modo, aut paliuri aculeata. arbores scandit ab imo ad summa perreptans, se conuoluens eis. fert racemos exiles, qui maturi rubescũt, gustúmque leniter mordent. nascitur in palustribus & asperis: radice dura, crassaque. τραχεῖα. σμίλαξ.

Læuis SMILACIS folia hederæ similitudinẽ habent, molliora, læuiora, tenuiora. huius sarmenta nullis horrent spinis. conuolui- λεία.

tur arboribus, vt prior. fructum parit lupini modo nigrum, exiguum, floribus in cacumine perpetuis, multis, rotundis. Hac smilace, quadam topiariorum arte, tentoria cõtra æstus molestiam factitantur. folia per autumnum decidua. Aegin Milàx tam læuis quàm aspera, arbores amplexa, calidam acrémque facultatem possidet.

σμύρνιον. Leucchia ou liuesche

SMYRNIVN, quod in Cilicia petroselinũ vocãt, passim in Amano monte gignitur. caulem habet apij, & stolones multos: folia latiora, suppinguia, ad terram infracta, robusta, odore medicato, cum quadam acrimonia, iucunda, colore in luteum languescente. capitibus caulium orbiculatis, vt anethi. semine brassicæ, rotundo, nigro, acri, myrrhæ sapore, ita vt alterum alterius loco cedat. radix quoque odorata, gustu acri, fauces mordet, succosa, mollis. cortex eius foris niger, intus viridis, aut subalbidus. Nascitur in saxosis, & collibus atque squallidis, & limitibus terrenis. Aegineta, Quidam hipposelinum, quidam apium syluestre nominant. Gal. sic. 3. apio duntaxat fortius, petroselino inualidius. vrinę & mensibus educendis accommodatum.

στρύχνος κηπαῖος. Morelle solatrum

Hortense SOLANVM, frutex cibis idoneus, exilis, pusillius, multis concauus alis: folio nigro, maiore quàm ocimi, & latiore: fructu rotundo, viridi, qui post maturitatem

nigricat, aut fuluescit. herba innocentis gustus. Aeg. Astringit, & frigefacit secundo.

Est & aliud SOLANVM, quod peculiari nomine halicacabon, id est, vesicariã, aut physalida vocãt, foliis antedicto latioribus. cuius caules, posteaquam adoleuerunt, prona terram spectant, folliculis orbiculatis, fulno intus acino, vesiculis simili, rotundo, laeui. quo coronarii vtuntur, & corollas factitant. Vim vsumq; hortensis solani habet: verũ cibis nequaquam expetitur. Aegineta, Vrinae ciendae idoneum fructum habet, acino vuae aequalem. στρύχνος ἁλικάκαβος. offi. alcaquengi. rur. cocretum.

SOLANVM manicon, aliqui persion, alii thryon appellauere. huic folium erucę simile, maius aliquanto, satis acantho, quem paederota vocant, accedens. caules à radice proceros emittit decem aut duodecim, vlnae altitudine adolescentes: caput in cacumine oliuae figura, sed vt platani pilulae, hirsutius, verum maius, latiúsq;. florem nigrum. postquam eo exuitur, racemus exit rotundius, niger, denis aut duodenis acinis constans, similibus hederae corymbis, vt vuae mollibus. radice firmatur candida, crassa, caua, cubitali. gignitur in montibus vento perflatis, & platanetis. Aegineta, Intus assumptũ inutile est: à foris illitum vlcera depascentia curat. Frig. sic. 2. στρύχνος μανικός. offic. solatrũ. ꝯmorelle.

SOLANVM somniferum, aliqui etiam στρύχνος ὑπνωτικός.

her. & of. solatrum dormitoriũ ou marinum.

halicacabon appellãt, fruticat multis ramis, densis, caudicosis, fractu contumacibus, pinguium foliorum, cotoneæq; mali similium plenis: flore grandi rubro: fructu in folliculis crocato: radice longa, subrubro cortice vestita. nascitur in saxis, non procul à mari. Aegineta, Radicis cortex cũ vino denarii pondere potus, somnum conciliat. Semen vrinã mouet, frig. 3. Vnde corymbi ei[9] plures duodecim epoti, furorem accersunt.

σόμφος·

SOMPHVS cucurbitæ genus sylvestris est, cui nomen, quia fit inanis, digitali crassitudine, non nisi in saxosis nascens.

σόγχος·

Lacterõs aliis palais au lieure. nõ ẽ hęc scariola officinarum.

SONCHI duo genera. sylvestrior quidã est, & magis spinis horret. alter teneritate quadam mollescit, cibis expetitus, anguloso caule, inani, interdũ rubente: foliis in ambitu per interualla dissectis. Alter sonchus tenerior, arboris instar, latis constans foliis. caulẽ in ramos exeũtem folia distingunt, sed ad eadem pollet. Aegineta, Astringit & manifestè refrigerat, tum corpori admotus, tũ manducatus: exarefactus autem mediocriter calefacit.

οὖα·

Sorbe ou corme.

SORBA colorem luteum referentia priusquàm maturescant, dissecta & sole siccata manduntur, vt aluum sistant. eadem est functio molitorum farinæ, si polentę loco sumatur. quod & decoctũ eorum in potu præstat. Aegineta, Sorbus arbor, cuius fructus oa, à

nonnullis ὄυα dicitur, adstringendi vim obtinet, sed minorem mespilo.

SPANACIAM olus recentiores Græci dixerunt, vt putant nonnulli ab oleris raritate: vel ab aliis (vt est simile veri) nationibus emendicato spinaceo nomine. σπανακία. Spinage.

SPARGANION, aliqui xiphidion vocant. folia habet gladioli, sed arctiora, & in terram magis procumbentia. in summo caule veluti pilulæ prominent, in quibus semen Contra serpentis venena, radix cum vino datur. Aegineta. Vim habet exiccantem. σπαργάνιον. off. spatula fœtida

SPARTION frutex est, longas ferens virgas, sine foliis, firmas, fractu contumaces, quibus vites vinciuntur: semen lenticulæ, in folliculis phasiolorum modo nascens: florẽ, vt albę violæ, luteum. Aeg. Sparti & semen & flos cum mulsa instar quinq; obolorum pota, per superiora purgant veratri modo sine periculo. Semen per inferiora quoque purgat. Virgulæ ipsius ad coxendicum dolores proficiunt. σπαρτίον

SPHONDYLIVM folia quadam tenus platani & panacis habet. caules fœniculaceos, cubitali altitudine, aut amplius assurgentes, in quorum cacumine semen duplex, seseli simile, sed latius, cãdidius, & magis paleaceũ, grauis odoris. flores eius albi, aut pallentes: radice raphani, candida. nascitur in palustribus & aquosis. Aegineta, Fructus eius σφονδύλιον. Panaiz sauluage.

& radix virtute acri & inciſoria ſuſpirioſis, comitialibus,& arquatis ſuccurrunt. Radix autem circumraſa, fiſtuliſque impoſita, illarum callos tollit. Succus è flore ipſius expreſſus antiquis aurium vlceribus inſtillatur.

SPINA acuta,vide Acuta ſpina.

ἄκανθα λευκή. SPINA albā naſcitur in montibus & ſyluoſis,folia fert albi chamæleonis,anguſtiora,& candidiora,aliquantum hiſpida, & aculeata:caulem ſupra bina cubita altum,pollicari aut ampliore craſsitudine, albicantem, intus cauum. in cacumine capitulū ineſt ſpinoſum,echini marini æmulum,ſed minus,& oblongum:flores purpurei, in quibus ſemen ceu cnicū,ſed rotundius. Aeg. Eius radix ſiccat, & modicè aſtringit,eóq; & ſtomachicis, & ſanguinem expuentibus,dentiúmque doloribus ſuccurrit. Semen tenue calidúmque eſt,hinc conuulſioni quoque medetur.

ἄκανθα ἀραβική. Arabicam SPINAM natura albæ ſpinę ſimilem eſſe cōſtat. ipſa ſiquidem ſtringit ad ſanguinis reiectiones, mēſium abundantiā, cæteráſque fluxiones radix etiamnum valet. Prouenit in aſperis. Aeg. Aegyptia vel Arabica ſpina aſtringit,ſiccátq; impenſe, vnde ſanguinem,& alias defluxiones retinet.

στάχυς. Mōtana & mollis ſaliua herba. nauicula, ou coronaria herba

STACHYS frutex eſt marrubio ſimilis, ſed longior. folia ferēs numeroſa, hirſuta, rara,prædura,cana,odoris iucundi,& complures virgas ab radice exeuntes,marrubio can-

didiores. nascitur in mõtibus & asperis. Vim habet excalfactoriam & acrẽ. foliorum deco ctum potu pellit menstrua & secundas. Aeg. Cal. 3. menses excitat, interimit fœtus, secundas pellit.

STAPHYLODENDROS arbor trans alpes simillima aceri, alba in materia, fert siliquas, & in iis nucleos sapore nucis auellanæ. Plinius. (Sunt qui eandem Theophrasti colyceam interpretantur.) σαφυλόδενδρος.

STAPHIS agria, siue herba pedicularis, folia habet labruscæ diuisa: & cauliculos rectos, molles nigróque. fert florem glasti: & folliculos virides, similes ciceri, & in his nucleum triangulum, scabrum, ex nigro subfuluescentem, intus album, gustu acrem. Aegineta, Acris adeò est vt pituitam per os educat, & vehementer abstergat. σαφὶς ἀγρία. offic. staphis agria.

STYRAX lachryma est arboris malo cotoneæ similis. Præfertur sordescẽs, flauus, resinosus, albicãtibus grumis, quàm plurimum in sua odoris gratia permanens. qui dũ mollitur, melleum liquorem reddit, qualis ẽ Cathaballis, Pisidia, & Cilicia deuehitur. Deterior niger, furfurosus, friabilis, canóque situ obductus. Cæterũ lachryma inuenitur gummiũ similitudine, perlucida, & myrrhę ęmula. verum perpauca manat. Adulteratur ligni scobe, quam vermiculi erodentes excusserũt, melle, & iridis sedimẽto, & quibusdam aliis. σύραξ. offic. storax & Calamitha.

Alii ceram aut adipem odoribus imbutum, flagrantissimis foliis cum styrace subigũt, & per laxa cribri foramina in frigida aqua vermiculos exprimunt, venundantq́;. Styracem hunc, quoniam in vermiculorum speciẽ contrahatur, scoleciten cognominant, quem tanquam sincerum imperiti approbant, non animaduertentes ad præcipuam odoris fragrantiam. siquidem acer admodum est, qui adulterationis vitio caret. Aeg. Styrax calefacit, emollit, & cõcoquit. Tussi, destillationi in nares, & grauedini vtilis. Menses idem potus appositúsve trahit.

στοιβή. Non est vulg. scabiosa.

STOEBAE semen & folia sic. 3. ordine, principio viribus donata astrictoriis, eamq́; ob causam vulnera magna conglutinãt. Decoctum ipsorum intestinorum torminibus, sanguinis eruptionibus, auribus purulentis auxiliatur: folia illita oculis ex ictu suffusis conferunt.

στοιχάς.

STOECHAS, iuxta Galliam in insulis eiusdem nominis è regione Massiliæ gignitur, vnde cognomẽtum accepit. herba tenuibus surculis, coma thymi, lõgiore folio, subamara gustu, & aliquantũ acris. Aeg. Aperit, extenuat, detergit, & confirmat viscera omnia, totúmq; corporis habitum.

στρατιώτης. cumi, ou aneth sauuage, aliis asinidauc

STRATIOTES millefolium exiguus frutex, palmi altitudine, aut amplius assurgit. foliis auicularũ pennas imitantibus, bre-

ui admodum diſſectóque foliorũm exortu. folia ſylueſtre cuminum ſimulant, præſertim breuitate atq; ſcabritia, breuiora pauló, denſiore vmbella, & pleniore. Surculos in cacumine gerit exiguos, & capitula in modum anethi: flores paruos, candidos. Naſcitur in aſperis agris, præcipuè circa ſemitas. Eximii vſus ad vlcera vetera, recentiaque, profluentẽ ſanguinem, & fiſtulas. Aeg. Aſtringit, vlcera committit: nonnulli eo & ad ſanguinis eruptiones, & ad fiſtulas vtuntur.

STRATIOTES in aquis naſcens, iiſdẽ ſupernatat, & ſine radice viuit: vnde cognomentum traxit. Herba ſemperuiuo ſimilis, ni maiora haberet folia. Aegineta: Humidus & frigidus eſt natura. στρατιώτης

STRVTHIVM in Radicula quære.

T

TAXVM arborem habes in ſmilace deſcriptam.

TELEPHIVM herba portulacę ſimilis & caule & foliis, habẽs gemina tubercula, à ſingulis radicum geniculis enaſcẽtia, à quibus rami ſeni ſeptémve fruticant, à radice referti cœruleis foliis, craſſis, lentis, carnoſis: flore luteo, aut cãdido. Naſcitur in cultis, & maximè inter vites. Tempore verno folia ſenis horis illita albam vitiliginem ſanant: ſed poſtea hordeacea farina illini debet. perunctam ex aceto etiã in ſole vitiligi- τηλέφιον vineatica ſepuiua, cicotrinũ, faba inuerſa, craſſula minor, alis reprinſe.

nem tollunt. sed vbi inaruerunt, abstergũtur. Aeg. Cal. 1. sic. 2. Est itidem abstersoriũ, quapropter vlceribus putredinem expertis conuenit: & vitiligines, tum leucas, tum alphos cum aceto abolet.

τέρμινθος. TEREBINTHVS cognita arbor est, cuius folia, & semen, & cortex astringunt, & ad eadem ad quæ lentiscus conueniunt, simili parata modo sumptáque. Aegineta, Cal. 2. viridis sic. 1. aridus sic. 2 fructus vbi inaruerit sic. 3. hac igitur ratione & vrinam mouet, & lienes adiuuat.

TESTICVLVM herbam in Orchi quære.

τεύκριον Nõ est q̃ vul. Tunsa faba. TEVCRION, siue vt aliis placet, teucris, herba est virgæ referens effigiem, trisaginis similitudine. tenui folio, non multum à cicere alieno. hæc in Cilicia iuxta Gentiadem Cissadémq; vbertim prouenit. Aegineta, Calefacit 2. siccat 3. Vi incisoria tenuíque lienibus medetur.

θαλίκτρον Argẽtine THALIETRON folia coriandri habet, pinguiora paulò: caulem rutæ, in quo folia. Quæ trita, illitu antiqua ulcera ad cicatricẽ perducunt. Nascitur maximè in cãpestribus. Aeg. Siccandi vim sine rosione habet. hinc vlcera inueterata cicatrice obducit.

θαψία. THAPSIA nomen ideo accepit, quod in Tapso eiusdem nominis insula, primum inuenta sit. tota verò natura ferulæ similis est: gra-

est:graciliore caule:foliis fœniculi: vmbella anethi in cacumine,à singulis surculis erūpē te,flore luteo.semē quale ferulæ,latū,sed aliquāto minus.radix foris nigra,intus cādida, longa,acris,crassiore libro vestita.Lactis extrahēdi ratio hęc est: Facto in ambitu scrobe cortices inciduntur:aut radix in fornicis spe ciē in se excauata,cooperitur,quo merus suc cus confluat.oportet illuc sequenti die se con ferre,& congestum succum extrahere.Tunditur etiam radix in pila, & succus organo per quallū expressus fictili crasso insolatur. Aliqui folium vnà terunt: sed inualidior huiuscemodi succus. Hoc autem interest, quoniam qui ab radice manauit, grauius olet,& humidus permanet:è foliis autem extractus, exiccatur, atque teredinum iniuriam sentit. Qui succū colligit,stare debet non obuersus vēto,aut potius cū dies apricus est, & à flatu silet:quoniam ob halitus acrimoniam facies vehementer intumescit, nudáq; corpora inuadunt pustulæ: ob id prius liquido cerato & astringente,nudas partes illinunt,& ita muniti accedūt. Aegineta: Tapsia acris est, & valenter cum humiditate calefacit: ex alto igitur trahit insigniter,attractúmque discutit.

THERIONARCA inde nomen inuenit, quod serpentibus torporem inferat.frutex est foliis subherbaceis, roseo flore. Ser- θηριονάρκη.

pentes necat cuicunque admota fuerit.

θυμελαία olivella, leo terre, ou lin sauuage.

THYMELAEA est, qua granum gnidiū, quod est semen ipsius, colligitur. hoc Syri apolinum vocāt, quoniā satiui lini frutex suapte natura, similitudinem referat. virgas edit perpulchras, multas, tenues, trepidantes: foliis chamelææ, angustioribus, & pinguioribus, viscosis, gummosisq; si mordeantur: flore candido: fructu myrti in modum rotundo, qui inter initia viret, & tandem rubescit: inuolucrum fructus durum, foris nigrum, intus album. Nascitur in montibus & asperis. Hallucinantur qui coccon gnidium fructū esse chamelææ existimant, decepti quadam foliorum similitudine. Aegineta: Thymelæa, vnde granum gnidium fit, similes ei vires obtinet. Habet autem granum id acrem & adurentem facultatem, aluum cum aqua potum purgat.

θύμος Thyn.

THYMVM ab omnibus cognoscitur, surculosus frutex, exilibus foliis, multis & angustis circūdatus capitulis in cacumine, flore purpureo refertis. Gracili solo & petroso prouenit. Aeg. Calefacit, siccat. 3. Glutinosos crassosq; humores incidit.

θλάσπι. Seneue sauluage herb. nasturtiū te ctorū.

THLASPI, herbula angustis foliis, digitali lōgitudine, in terrā versis, suppinguibus, in cacumine diuisis: binûm dodrantū cauliculo, tenui, non sine adnascētibus ramis: fructu circa ipsum totū, ab extremo in latius se

pandente: semine nasturtii incluso, lenticulę vasis effigie, nisi quod infringitur, vnde nomen accepit. flos albicat. Nascitur in semitis, & sepibus fossisque. Alterum thlaspi tradit Grateuas, quod aliqui Persicon sinapi vocant, latis foliis, radicibus magnis. vtile ischiadicorũ infusioni. Aegineta: Thlaspi semen est viribus acre, intestinos abscessus potu rumpit, menses prouocat. ab inferioribus partibus iniectũ, coxarum dolores finit, cruẽta vacuat. suprà infráq; biliosa, instar acetabuli potum, expurgat.

Nó ẽ hęc bursa pastoris.

THVS in ea gignitur Arabia, quæ thurifera cognominatur. Primatum tenet in eo genere masculum, stagonias appellatum, suapte natura rotundum. Tale autem indiuiduum est, candidũ cum frangitur, intus pingue, in suffitu statim ardens. Indicũ verò fuluescit, & colore liuet, sed rotũdum industria factitant. nã in quadrangulares formas dissectum fictilibus versant, donec rotunditatem contrahit. verum huiusmodi thus tempore flauescit, quod atomum aut syagrum appellant. Secundum locum habet Arabicum, & in Smilo nascens, quod aliqui copiscum vocant, minus multò & fuluius. Est & genus aliud, cui ammitæ cognomen est, alioqui candidũ: quod dum mollitur, mastiches more digitis cedit. Adulteratur in itinere, pini resina & gummi. quod facile deprehendi potest.

λιβανωτός. Encens.

siquidem suffitum gummi flammam nō eiaculatur, & resina in fumum euanescit, thus verò statim ardet. idem maleficium odor prodit.

λιβανωτοῦ. φλοιός. Præfertur THVRIS cortex crassus, pinguis, odoratus, recens, læuis, minime scaber, sine mēbranis. Adulteratur admisto pini aut nucis eius cortice. sed horum index ignis est. siquidem reliqui cortices suffiti nequaquam incenduntur, sed sine odore fumum eructāt. thuris verò cortex ardet, & cū odoris fragrantia vaporem eiaculatur.

μάννα λιβάνου. MANNA thuris probatur candore micarum frequētia, & puritate. Vim habet candē quam & thus, sed inualidiusculam. Sunt qui cribrata pini resina, ac polline, aut cortice thuris contusi adulterant. sed hæc igne deprehenduntur. Neq; enim æquè suffitu aëriū vaporē, sed fuliginosum & impurum expuit, & permistū suaueolentiæ halitus virus habet. Aegineta, Lachryma thuris calfacit secundo sic. 1. Habet & modicam quandam vim leuiter astringentem. Cortex ipsius manifestò astringit, & siccat 2. absolutè, crassior thure & minus acris: hinc sanguinē spuētibus, dysentericis, cœliacis, & stomachicis, tum foris impositus, tū intro assumptus salutaris est. Surculus ipsius calefacit siccat 3. atque nonihil extergit: quocirca oculorum vlcera & purgat & explet.

TILIA Græcis philura dicitur, folio hederaceo, molliore, & in angulum acutiorem rotundiore & prolixiore, & in orbem lentè crispo atque ferrato, flore tantisper dum calyculo continetur herbaceo, vbi emersi flauo: fructus magnitudine fabæ, similis acinis hederæ, in quo semen prætenue quantum atriplicis, omnibus annimalibus ingratum, cum foliorum pabulo maximè ducatur, eorumq; mira dulcedine, quæ in cortice intelligitur. Materies maris dura, nodosa, odoratior. (Theophrasto tamen fœminæ odoratior est) ruffior, cortex quoque crassior, ac detractus inflexibilis, nec semen fert aut florem vt fœmina. Tilia vertit folium confecti sideris signum. Multi corticem commanducatũ vulneribus putant vtilissimum: folia trita aspersa pedum tumori. Humor è medulla castratę arboris effluẽs capillum reddit capiti illitus, defluentémque continet. φιλύρα. Tilet, Tileul, teil.

TYPHA foliũ edit cyperidi simile: caulem album, læuem, æquabilem: florem in cacumine ambientem, densum, qui in pappos soluitur, quod paniculam aliqui nóminant. Huius herbæ flos, suillo adipe eloto exceptus, ambustis medetur. Gignitur in palustribus & aquis stagnantibus. Galenus & Aegineta non meminerunt. τύφη, vel τίφη. Masses.

TYPHA vel tipha cerealis specie siligini non dissimilis, simplici culmo assurgens, τύφη vel τύφη.

grano multiplici, tunica velato atq; leuifsi-
mo, radice numerosa, tritico perquam simi-
lis traditur, & in id quoq; mutari si pista se-
ratur, nec protinus, sed anno tertio.

τιθύμαλ-λοι. Espurge. Reueille matin.

TITHYMALI genera septem, quorũ masculus characias appellatur, ab aliquibus amygdaloides. Alter myrtites, qui fœmina existimatur, cúmque myrsiniten, aut caryiten vocant. Tertius, paralius, quem tithymalida appellarunt. Alius, helioscopius. Quintus, cyparissias. Sextus, dendroides. Septimus, platyphyllos dicitur.

χαρακίας

Characiæ caules supra cubiti altitudinem attolluntur, rubri, lacteo succo atque acri madentes: foliis oleę circum ramos, angustioribus, & longioribus: radice crassa, lignosa. pendet in cacuminibus caulium, coma iunci, sub qua caueolæ foliolis balnearum similes, in quibus semen continetur. nascitur in asperis & montibus.

μυρσινο-τειδής.

Fœmina, quam myrsiniten, aut caryiten vocarunt, similis suapte natura daphnoidi: foliis myrti, sed maioribus, firmis, in cacumine acutis, & pungétibus: ramulos ab radice mittit dodrantales. fructum fert alternis annis nuci similem, mordaci gustu. nascitur in asperis.

παράλιος

Aliud tithymali genus dicitur paralios, quem tithymalida, aut meconа aliqui appellauére. nascitur in maritimis, ramis subrubentibus, palmũ altis, quinis senísve à radice exeũtibus: foliis lini, angustis,

paruis, oblongis, in versus quosdam digestis: capite in cacumine orbiculato, in quo semen, vt eruum, vario colore emicat. Flos albus. Frutex totus cum radice lacteo succo turget. similes ad vsus reconditur. Helioscopius dicitur, foliis potulacæ, tenuioribus, rotundioribúsque: ramulis, prodeuntibus à radice, quatuor aut quinq;, rubentibus, dodrantali altitudine, tenuibus, lactis copiosi plenis: capite anethi: semine velut in capitulis incluso. Helioscopi nomē accepit, quoniam comas cum sole circumagat. circa oppida nascitur, potissimum in ruderibus. Colligitur succus semenque, vt aliorum. Eædem quæ superioribus vires, nō tamen vsq; adeò validæ. ἡλιοσκόπιος.

Cyparissias in caulem exit dodrantalem, vel maiorem, subrubrum: ex quo folia piceæ similitudine exoriuntur, molliora tamen, & tenuiora: & in totum nascentē piceam æmulatur, vnde nomen traxit. candido succo madet, cui eadem vis quæ superioribus. κυπαρισσίας.

In petris nascens, dendroides cognominatur, ampliter opacat. in cacumine frōdosam spargens comam, succo lacteo prægnans, cauliculis rubentibus: foliis myrti tenuioris: fructu characiæ. Eiusdem effectus, cuius superiores, similique modo reconditur. πετροφυὴς, δενδροειδής.

Platyphyllos, verbasco similis est. Radix, succus & folia per inferna trahunt aquas. Pisces necat, tusus, & aquæ insparsus. Reli- πλατύφυλλος.

qua tithymalorum genera quę suprà scribuntur, idem efficiunt. Aegineta, Tithymali omnes cal. 4. acrimonię, & validæ amaritudinis participes, sed radix quum sit quodammodo imbecillior, aceto incocta dentiū erosorum dolores finit. Liquores vehemētiore donati virtute dentium cauis imponuntur, reliquū corpus si attingant, adurunt. Quare etiā pilos modicè delitos auferunt, item myrmecias, verrucas, & huius generis alia. Cutis labes abstergunt, maligna vlcera phagedęnica curant. Cæterum ex septenario ipsorum numero validissimi sunt appellati, characias, myrsinites, & qui in petris arboris modo nascitur. hos sequitur qui verbasco similis est, & cyparissias, deinde paralius, quasi dicas maritimus, postremo helioscopius.

τραγακάνθα. TRAGACANTHAE radix lata & lignosa, summo cespite nititur, vnde surculos humiles, robustos, latissimè fundit, in quibus minuta folia, multa, nonnunquā tenuia exoriuntur, quæ sub se spinas albas, rectas & firmas occulunt. Est etiamnum tragacantha, lachryma quæ vulnerata radice manans, concreuit. Præstat pellucens, gracilis, læuis, syncera & subdulcis. Aegineta, Tragacantha per similes gummi repręsentat.

τράγιον. TRAGIVM nascitur in creta tantum insula, lentisco femine, folio & ramis simile, singulis tamen minoribus. succus ei lacteus,

gummi non dissimilis. Est & alterū tragiū, quod tragoceros aliqui vocant, folia scolopendrij habet, & radicem sylucstris rhaphani, tenuem, candidam. Aeg. Tragiū cal.3. attrahit, discutit, cum tenui substantia. Aculos igitur educit, calculos comminuit, mensesq; citat instar denarii potum. Sed alterū tragiū hoc minus (lego enim non πικρότερον, sed μικρότερον, è Galeno) scolopendrio assimile, nascitur multis in locis, tanta astringendi virtute præditū, vt fluidis affectibus commodè faciat. Bursa pastoris esse videtur

TRAGOPOGON, id est, hirci barbula. Nascitur in aruis sua sponte. Radice longa, dulci, folio croci, lōgiore, caule paruo, super quem calyx latus, & barbula quę summo vertice incana & prolixa funditur, vnde nomen accepit. Herba edendo est, flore luteo. (Quæ vero altilis in hortis crescit, folio est latiusculo, flore purpureo. Radices in altū agit, quæ hybernis diebus acetaria dulcedine sua commendant.) (Apud Galenum ladanum quoque ἀποτραγοπώγων vocatur, quia colligitur ab hircorum barbis.) Quantum hirci barbula à senili distet, ex eius in gerontopogone descriptione colligitur.) Aegineta non recēsuit. (Est etiam superius descripta in hirci barbula.) τραγοπώγων. Herba pe træ. τραγωρίγανον.

TRAGORIGANVM tenuis frutex est, syuestri serpillo aut origano similis, folio & Mastichina.

ramulis. quibusdam in locis lætius virentiúsque inuenitur, & latioribus foliis, satis glutinosum, alterum exilibus surculis, ac tenuibus foliis, quod aliqui prasium vocauere. Optimum est Cilicium, & Cretense, & Smyrneũ, & in Chio Cooque proueniens. Aegineta, Origani virtutes habet, & nonnullam etiam astrictionem.

τράγος σιτώδης.

TRAGOS quandam halicæ frugis figurã gerit. multo minus quàm zea nutrit, q̃ multũ aceris habeat. quare ægrius cõficitur, aluúmque magis emollit.

τράγος. Herb. iũcus marinus

Est etiam herba TRAGOS, quam aliqui scorpion aut traganon vocãt, maximè in maritimis nascẽs, palmum alta, aut amplior, fruticosa, humilis, oblonga, sine foliis, pusillis circa ramos acinis, rufis, multis, magnitudine tritici acuto cacumine, gustu multũ astringente. (Confer hãc ad scorpium siue nepam Plinii, suprà nobis commemoratam, & eandem existimabis.)

τρίβολος. Chaulce treppeou calcetreppe. Treufle, ou chastaignes aquatiques.

TRIBVLI genus vnum terrestre, foliis ad effigiem portulacæ, tenuioribus viticulis, in terra stratis. spinis secundum folia rigidis, præduris. iuxta amnes & rudera nascitur. Est & alterum genus, aquis familiare, quod in fluminibus natum comam exerit, aculeos condens: foliis latis, & pediculo longo: caule parte summa quàm ima crassiori. capillamẽta quædam indidem exorta spicantur. semen

durum,ab altero non abhorrẽs. Thraces qui ad Strymona amnem habitant, virenti tribulo equos saginãt,& è dulci semine & esculento panem,quo vescuntur,faciunt.Aeg. Aquaticus mediocriter refrigerat: terrestris autem siccando valentior est, alter etiam humectat leuiter. Vterque contra inflammationum generationes,omnésque influxus cõuenit. Terrestris fructus cum tenuis existat renum calculos conterit. Trichomanes, in fidicula descriptum est.

TRIFOLIVM, Græci triphyllon, alii oxy triphyllon,alii menyanthes,alii asphaltion vocant. frutex supra cubiti altitudinem attollitur,virgas habens tenues, iunceas & nigras, vnde ramulares enascuntur appendiculæ,in quibus terna singulis germinationibus exeunt folia, loto arbori similia. iis recenter enatis rutæ odor inest.vbi autem adoleuerũt, bitumen olent.florẽ ædit purpureum,semen quadam tenus latũ, subhirsutũ, ex altera extremitate exertum,antennę modo corniculũ gerẽs.radix tenuis,longa,valida. Gal.Trifolium,asphaltiũ & oxytriphyllon appellatur, ob res quas ei contigisse apparet.Menyãthes autem & cnicion haud scio vnde.Vis eius est calida & sicca instar bituminis,cuius odorem imitatur. Vtrũq; vero præstat abscessu tertio, idcóq; laterum ex obstructione dolores potu iuuat,vrinas ac menses ducit.

τρίφυλλον.
Treufle.
herb. trifoliũ acidũ. vulg. pain de cucule offi. alleluya

τριπόλιον. Curbit

TRIPOLIVM in marinis nascitur locis, quæ allidit vnda, recedensq́; dimittit, neque in mari, neque in sicco: folio glasti crassiore: palmeo caule, in mucrone diuiso. Eius vt tradunt, flores colorem ter die mutãt, mane cãdidi, meridie purpurei, sero punicei cõspiciũtur. radice alba, odorata, calidi gustus. Aeg. Radix eius cal. 3. acris est.

χαμαίδρυς. Chesnette & serratula ou germandree

CHAMAEDRYS Græcis, aliis chamædrops, Latinis trisago dicitur. sunt qui eam teucrion appellauere, propter eam quã cum teucrio seruat similitudinem. Nascitur in petrosis & asperis. frutex dodrantalis, folia habens exigua, amara, effigie & diuisura quercus: flore paruo, penè purpureo. Carpitur semine prægnans. Aeg. Cal. sic. 3. Lienes igitur consumit, vrinas & menstrua elicit, viscerum obstructiones expurgat.

πυρός.

TRITICVM cal. 1. medium inter sic. & humid. nonnihil etiã glutinosum & obstruendi efficax obtinet. Elixum coctu difficile est, & inflationes creat: concoctum tamẽ alimentum præbet valentissimum. in panẽ autem coactũ, minus inflat, minúsq́; ægrè concoquitur, vtpote fermenti & salis particeps.

TVBERA rotundæ radices sunt, sine caule, sine foliis flauescentes. vere fodiuntur. cruda & cocta eduntur. Aegineta, Terrestri constant substantia cum modica quadam virtute tenui.

TVSSILAGINI folia sunt maiuscula quàm hederæ, sex aut septem à radice, subalbida à terra, supernè virentia, in plures angulos exeuntia : caulis palmũ altus, flos luteus. in vere, flore & caule cõfestim exuitur. inde nonnulli his vacare existimauerũt. radix tenuis est & superuacua. nascitur in amœnis & riguis. Aegin. Iuuat tusses suffitu, & recta ceruice spirantes. Constat ex calida aquosaque substantia.

θήχιον. offic. & herb. vngula caballina, & vulg. pata equina.

V

VENERIS pecten herba repræsentatur radice candida, coliculis semipedẽ altis, aut paulo maioribus, foliis pastinacæ, sed tenuioribus, flore albo, exili, depẽdentibus summatim complurimbus rostellis, in mucronem turbinatis, & pectinatim inter se disiunctis, inde nomẽ. Radix cum malua tusa, omnia corpori infixa extrahit.

off. herb. rura, rastellũ ou falcetum

HELLEBORVM album, Latini veratrum album vocãt, fert folia plantaginis aut betę syluestris similia, sed breuiora, & nigriora, rubescẽtia: caulem cauum, quadrantalẽ, tunicis conuolutum cum arescere cœpit. radicibus nititur multis, tenuibus, ab oblõgo & exiguo capite exeuntibus, ceparum modo fibratis. nascitur in montibus & asperis. radices messibus colligendæ. Optimum habetur

ἐλλέβορος λευκός. verart ou ellebore blanc.

candidum,friabile,carnoſum,modicè extentum, nec tamen iunci modo mucronatum, quod frangẽdo puluerem emittit,& tenuem habet medullam, guſtu non admodum feruens,neq; ſaliuam ſubinde ciẽs. huiuſcemodi autem ſtrangulat.primatum Cyrenaicum tenet.Galaticum autem & Cappadocicũ,candidiora & puluere quodã obſita,celerius ſtrãgulatus mouent.

ἑλλέβορος μέλας Allebore noir

HELLEBORVM nigrum, appellatur melampodion, quoniam caprarum paſtor, nomine Melampus, furentes in ſe Prœtidas, primus purgaſſe & ſanaſſe fertur. folia ei viridia,platani ſimilia,minora,foliis ſphondylij proxima,ſubaſpera,nigriora, pluribus diuiſuris inciſa: caulis aſper:flores purpurei, candidi, racematim cohærentes: ſemen cnici, quod in Anticyra ſeſamoides vocãt:quo deiectiones moliũtur.radicibus cohęret nigris, tenuibus,à capitulo cepæ ſimili confibratis. quarum eſt vſus.in collibus,aſperis,& ſitientibus locis enaſcitur. Optimum eſt quod ex huiuſmodi petitur terris, vt ex Anticyra.Nigrum inibi probatiſſimũ gignitur. Eligi debet corpulentum & plenum,in quo tenuis ſit medulla, acre guſtu, feruénſque: cuiuſmodi eſt in Helicone, Parnaſo, & Aetolia natum. attamen Heliconium præcellit. Aegin. Veratrum vtrunque cal ſic.3.item acre eſt abſterſorium, vnde etiam ad leproſa cutis vitia cõ-

uenit. Nigrũ vero si fistulis inseratur, tribus diebus callum exterit.

VERBASCVM differentias summas habet duas, hoc nigrum, illud albũ. in quo mas & fœmina intelligitur. Fœminæ igitur folia sunt brassicæ pilosiora multo, & latiora, candida: caulis albus, cubitalis, aut amplior: subhirsutus: flores albi, aut ex luteo pallescẽtes: semen nigrũ: radix lõga, gustu acerba, crassitudine digiti: nascitur in cãpestribus. Verbascum, qui mas appellatur, oblongius, albis foliis, & angustioribus, tenui caule. Sed nigrum prorsus albo simile esset, nisi nigriore latioréq; cõstaret folio. Syluestre, folia fert saluię, altas virgas & lignosas, & circa eas ramulos quales marrubiũ: flores luteos, auri æmulos. Sunt & phlomides duæ, hirsutæ, rotundis foliis humiles. Tertia lychnitis appellatur, ab aliis autem thryallis, foliis ternis aut quaternis, vel paulò pluribus, asperis, crassis, pinguibusq;: apta ad lucernarum lumina. Aeg. Verbasci genera plura sunt, inter quæ est & dicta thryallis. Cæterum folia omniũ siccãtem & mediocriter astrictoriam vim referunt, præcipuè eius quod aurei coloris est, & acerbũ: fluidis conferunt affectibus. nonnulli & dentes eis colluunt. φλόμος] Bouillon off. taxus barbatus

VERBENACA. vide Peristereon.

VERBENACAE genus alterum. vide Sacra herba.

VIBVRNI mentionem fecit Virgilius,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

VIOLA flammea in Scopa regia continetur.

ἰονμέλαν Violette de mars — VIOLA purpurea foliũ habet hedera minus, tenuius ac nigrius, nec multo dissimile. cauliculus à radice medius prodit, in quo flosculus, suauiter olens, purpureus. opacis & asperis nascitur. Aeg. Violæ folia aquea frigidáque substantia præpollenti constant.

ἰξός. Du gluy — VISCVM optimum est recens, intus porraceum, extrà fuluum, quod asperi nihil, aut furfurosi conceperit. Fit acinis in robore nascentibus, buxeo fruticis folio. contusum acinum lauant, & postea in aqua decoquũt. sunt qui commanducando ipsum efficiant. gignitur quoque in malo, pyro & plerisq; aliis arboribus, quin etiam inuenitur in quorũdam fruticum radicibus. Aegineta. Calefacit cum acrimonia, humores ex alto validè elicit, & thapsiæ modo discutit, hac tamen multo est ignauius.

ἄγνος. Herb. agnus castus. — VITEX, siue lygos, frutex est in arborẽ assurgẽs, nascitur in fluminum ripis, asperísque locis, ac torrentium alueis. ramos gerit prælongos, fractu peruicaces: folia oliuæ, sed molliora. Duo genera eius. vna harũ album florem mittit, cum purpureo: altera tantum purpureum, & semen, vt piper. Aegin. Agnus

calefacit, ficcat tertio. Substantia tenuis est, eoque flatus abolet. Ad castitatem conseruãdam conferre creditur, non modò commanducatus potúsque, verumetiã in cubile substratus. Semen ipsius iecori lieníque obstructis succurrit. Fructus vitex minus inflat, & facile digeritur.

VITEM albam aliqui bryoniam vocãt. Foliis, viticulis, pampinisque, satiuam vitem imitatur, sed hirsutiora sunt omnia. ea quos prope se nacta sit frutices, suis clauiculis complectitur. fructus rubẽs in vua dependet, quo coria pilis spoliantur. Ex ea asparagi, qui prima germinatione exeũt, decocti in cibo, aluum & vrinam ciẽt. Succus è radice vere exprimitur. Aegin. Appellãt & psilothrum. germina sanè ceu stomacho grata eduntur, vrinæq; ciendæ sunt. radix abstergit, tenuis naturæ, mediocriter calida, vnde fit vt lienes etiam potu consumat, extrinsecus autem cum ficis illita scabiei & lepræ medetur.

ἄμπελος λευκή. offic. & herb. bryonia & vitis alba. vulgo couleuree.

Nigra vitis, quam aliqui nigrã bryoniam vocant, folia fert hederæ, sed maiora, smilaceis proxima: caules etiam cognatos. capreolis suis arbores, quasi adminicula, comprehẽdit. fructus racematim cohęrẽt, qui inter principia virent, & post maturitatem nigrescunt. radix foris nigra, intus buxeo colore nitet. viticulæ, quæ primo germinum partu erumpunt, in olera recipiuntur. Aegin. Hæc etiam

ἄμπελος μέλαινα. Tamarũ ou houblon

bryonia appellatur: superiori consimilis est, sed inefficacior.

ἄμπελος ἀγρία. Vigne sauluage viorne ou bardie

VITIS syluestris sarmenta vitis modo prælonga emittit, aspera, lignosa, rimoso cortice, foliis hortensis solani, longioribus ac latioribus: muscoso flore, & capillaceo, fructu exiguis vuis simili, post maturitatem rubẽte. rotunda est acinorum facies. Enascẽtes viticulæ cibi gratia sale cõdiuntur.

ἄμπελος

VITIS satiuæ facultas respondet syluestri, sed imbecillior est.

πτελέα. Orme.

VLMVS siccare valet, & abstergere, vulnera glutinare: præcipuè cortex, si recens fasciolæ modò vulneribus circũdetur: idem cũ aceto lepras tollit. Ossa fracta radicum decocto perfusa, solidantur.

κοτυληδών. offi. Vmbilicus veneris

COTYLEDON, siue vmbilicus Veneris folio est in acetabuli formã tornato, ineuidenter cõcauo, breui in medio cauliculo, in quo semen inest: radice oliuæ modo rotũda.

κοτυληδὼν ἑτέρα.

Est & alterum genus eiusdem, cymbalion aliqui vocant, pinguibus foliis, latioribus, ligularum modo densis, circa radicem mediũ oculi ambitũ describẽtibus vt in maiore semperuiuo, astringentis gustus: cauliculo tenui, in quo flores & semina hyperici: radice maiuscula. Facit eadem quæ semperuiuum. Aeg. Refrigerat, repellit, abstergit, & dissipat. folia ipsius cum radice commãducata calculos comminuere, & vrinam ciere creduntur.

Duo VRTICAE genera. syluestris, asperior, latioribus nigrioribúsque foliis: semine lini, sed minore. altera non æquè aspera, minuto semine. Aeg. Vrticæ & fructus & folia tenuem habēt substantiam, citráque rosionē siccant, tumores discutiunt, abstergunt, ventrem subducunt, mediocriter flatulenta, quare etiam ad Venerem incitant. (Aeg. ἀκαλήφη Vrtic

VVA passa cōcoquit, astringit. leuiter discutit. ἀσαφὶς.

X

XANTHIVM nascitur lęto & pingui solo & lacubus exiccatis, caule cubitali, anguloso, pingui, procedētibus ex eo crebris alis. folia atriplicis habet, insecta, nasturtium odore imitantia: fructum grandis oliuæ modo, rotundum, & vt platani pilula, spinosum, qui contactu vestibus adhærescit. Aeg. Xanthiū, phasganiúmve fructum fert discutientem. Herb. lappa minor aut inuecta. ξάνθιον,

XYLON, quem aliqui gossipion nomināt, frutex est exiguus, laniger, palmæ folio, similem barbatæ nuci gignens fructū, cuius in exteriori bombyce lanugo netur in linum candidissimū mollissimúmq;. Gignitur & in quadam arbore, cuius folia ni maiora essent, vitium planè poterāt videri, cucurbitis cotonei mali amplitudine, quæ maturitate ostēdūt lanuginis pilas, ex quibus vestes precioso linteo texūt. Theophrast. lanigeras Indiæ ξύλον. cotonū ou coton

arbores demonstrat mori folio, corpore autẽ cynorrhodi. foliorum succus medetur infantiũ torminibus, semen tussi & pectoris vitiis. oleo eius emaculantur lentigines.

ξυρίς. offic. & herb. iris syluestris rur. glaiu sauluage

XYRIS, folia habet iridis, latiora & in turbinem mucronata: quorum medio caulis erũpit crassus, cubitalis, ex quo siliquæ triangulares dependẽt, in quibus purpureus flos, in medio puniceus: semen in folliculis, simile fabis: rotundum, rubrum, acre: radix lõga, geniculata, rufa. Aeg. Xiris. aut xyris, naturæ tenuis est, discussoriç & extrahentis, ac nimirum siccatoriæ, præcipue semen, quod & vrinam cit, & lieni indurato medetur.

Z

ζαδούρα offic. & med. zedoaria

ZADVRA, aliis ziduara, radix est teres, aristolochiæ nõ absimilis, sapore & colore gingiberis. Hãc ad nos India mittit. Cal. sic. 2. Corpus lætiore sagina reficit, flatus discutit. graue virus animę quod alliũ, cepa, vel vinum excitauit, abigit. venenatis morsibus opitulatur. Crassiorẽ ventris spiritũ digerit: aluũ retinet, abscessus vteri soluit: vomitiones cohibet, & colicos mulcet cruciatus. (Nunc ferè nostræ ętatis medici cõtra pestilentis cœli contagia vtuntur.

ZARNABVM, vel zarnabadium, est Arnabo.

ζεὰ. espeltre

ZEA duorũ generum est. vna simplex, altera in geminis putaminib⁹ grana bina iun-

cta gerit. ob id dicoccos appellat. plus quàm hordeũ alit. ori grata. digeritur in panificia, minus quàm triticum alens. Aeg. Zea tritico viribus respondet, medium inter calorem & siccitatem obtinens, leuiter exiccat, nec non obstruit.

ZIZIPHA Pampinius Italiæ primus inuexit, baccis similiora quàm malis, & intecta iam sylux ascendunt, flore oleæ, sed odorato magis, corni baccis simile pomum. Quo amplius & maturius, eo innocentius, cũ alioqui difficile perficiatur, & lienem offendat. itaq; decocto potius vtendum cẽsent. Acdescina vocant quàm grãdissima, calore & humore temperata, teste Aetio: ideò sanguinis acrimoniam edomant, probum succum creant, serosum sanguinis humorem eliciunt. Decoctum eorum tussim & difficultatem spirandi lenit: pectori, renibus vesicæ prodest. Vomitionem acri concitatam humore sedant. Serica ea vocat Galenus, parui succi poma, nec concoctioni, nec stomacho facilia. Nanque, vt idẽ testatur, insolentibus & effrenatis pueris & mulieribus cibi gratia tantum expetuntur, exiguúmque præbent alimentum. Rutilum & album ziziphum probatissimum ad apum pastiones Columella scripsit.

ζιζιφὰ. off. iuiubes ou guindoles.

PLANTARVM HISTORIAE

FINIS.



PARISIIS

EXCVDEBAT IOANNES LODOI-

CVS TILETANVS.

M. D. XLI.



